


Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD


This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks



This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.



259021 d. Budapest I.1
= R. Cat. 823

2/6 nett

CATALOGUS CODICUM

BIBLIOTHECAE

UNIVERSITATIS R. SCIENTIARUM

BUDAPESTINENSIS.

Kilián Frigyes
m. k. egyetemi könyvárus
Budapest, váczi utca.

BUDAPESTINI.

TYPIS TYPOGRAPHIAE UNIVERSITATIS REG. SCIENTIARUM.

—

MDCCCLXXXI.

CATALOGUS CODICUM

BIBLIOTHECAE

UNIVERSITATIS R. SCIENTIARUM

BUDAPESTINENSIS.

BIBLIOTHECA · BODLEIANA

BUDAPESTINI.

TYPIS TYPOGRAPHIAE UNIVERSITATIS REG. SCIENTIARUM.

—

MDCCCLXXXI.

25022 d. 259 - e. Budapest.

VIRO

ILLUSTRI AC MERITISSIMO

AUGUSTO TREFORT

PHILOSOPHIAE DOCTORI

SUPREMO

REGIS HUNGARIAE

IN REBUS AD SACRA ET LITTERARUM CULTUM SPECTANTIBUS

ADMINISTRO

S. C. ET R. A. M. ACTUALI INTIMO CONSILIARIO

INS. ORD. CORONAE FERREAE I. CLASSIS EQUITI

SOCIO ACADEMIAE LITTERARUM HUNGARICAE

HONORARIO ET DIRIGENTI

QUI BIBLIOTHECAM UNIVERSITATIS

LITTERARUM BUDAPESTINENSIS

INSTAURANDAM CURAVIT.

D. D. D.

PRAEFATIO.

Quanta lux literis affulget, qualisve utilitas scientiis adhuc semper accedit, e reconditis vel plane ignotis codicibus Bibliothecarum manuscriptis, neminem eruditorum latet, quibus thesaurum novum codicum, in cathalogis bibliographicis, recentius quoque vulgatis, scrutari licet.

Nobis quoque exiguum scapum huiuscemodi codicum, ad notitiam eruditorum perferre obtigit, dum catalogum manuscriptorum codicum bibliothecae Universitatis Hungaricae Budapestanae vulgare instituimus.

Qua exigua etenim haec nonnisi fragmenta censeri possunt antiquae penus librariae Hungariae; sive iam illarum Bibliothecarum aevi medii, ecclesiarum et monasteriorum nostrorum, quorum plurimos codices inde a seculo XI. diplomata nostra coaeva loquuntur; sive aevi renascentis litterarum humaniorum, quod nobis quam maxime celebre erat, a celeberrimis Bibliothecis Corvina inprimis Budensi Mathiae I. regis Hungariae, omnibus eruditis sat superque nota, item quae illam

adhuc praecesserant Joannis de Zredna Archiepiscopi, Strigonii et Jani Pannonii Episcopi, Quinqueecclesiis, quae iam omnes amplissimis codicibus refertae erant. Quorum magna et elegantior pars Florentinae Mediceae Laurentianae Bibliothecae codicum par erat, cum ab eodem insigni librario Florentino Vespasiano Bistuccio subministrati fuere, qui et Bibliothecae Laurentianae hoc deserviebat opere.

Harum et multarum aliarum Bibliothecarum nostrarum codices saeculo XVI. ineunte maiori ex parte dispersi, post funestam inprimis cladem Hungariae ad campum Mohács, a turcis acceptam, bene multi quoque codices Corvinae victoris praedam et triumphum, Constantinopolim delati, auxerunt. Alii ex iisdem ornatum omnium fere maiorum Bibliothecarum Europae, inde a Vaticana et Nationali Parisiensi constituunt, atque in cimeliis habentur. Minor pars demum ad recentissima usque tempora Constantinopoli latebat, ubi nostri primum scrutatores Arnoldus Ipolyi, Emericus Henszlman et Franciscus Kubínyi, anno 1862° illos feliciter detexerunt, quadraginta adhuc et quod excedit codices numerando. Ex his iam codices numero quinque supra triginta gloriosissimus Turcarum Imperator Abdul Hamid II. Bibliothecae huic nostrae novissime restituit, hisque eximie de nobis meritus, penum nostram librariam codicum manuscriptorum celebrem reddidit.

Reliquiorum iam codicum, numero et quidem latinorum 71, graecorum 2, orientalium 9, hungaricorum 8, germanicorum 3, slavicorum 5 magna pars e mo-

nasteriis Hungariae, ab Augusto Josepho II. abolitis, nostrae Bibliothecae illata est.

Jam et hi codices, licet pauci et aetatis satis recentis, non indigni sunt, qui a viris doctis accuratius examinentur, praesertim cum praeter duos codices latinos a v. cl. Floriano Rómer et Joanne Csontosi descriptos, et praeter codices hungaricos et Corvinianos hucusque nihil de eis innotuerit. Qua de causa dum ante triennium Bibliothecae huic praefectus essem, et vir summus Augustus Trefort supremus Regis Hungariae in rebus ad sacra et literarum cultum spectantibus Administer, ut Catalogum Bibliothecae denuo ordinandae ederem suasisset, huius iussis lubenter obtemperandum esse duxi; et cum omnes Bibliothecae custodes quotidianis laboribus occupatos et libris impressis ordinandis distentos vidissem, annuente etiam amplissimo Universitatis nostrae Senatu, nec non Regis in rebus ad sacra et literarum cultum spectantibus summo Administro, catalogum librorum manuscriptorum conficiendum tradidi Ladislao Fehérpataky, in cuius locum postea, cum idem in Germaniam et Galliam iter studiorum causa facere iussus esset, Senatus Universitatis Samuelem Barabás suffecit. Praeterea codices Graecos descripsit et catalogum quam maxime auxit Eugenius Abel; codices arabicos Ignatius Goldziher, turcicos Aron Szilády, slavicos I. Bojnisich et I. Kukuljevich descripserunt, quibus viris doctis omnibus, qui nos in opera satis laboriosa summo studio adiuverunt, gratias ago maximas.

Brevi tempore reliquorum Bibliothecae nostrae librorum manuscriptorum — dein librorum XV. saeculo typis editorum, — demum et librorum recentiori aetate impressorum catalogum prelo subiectum iri confido.

Dabam Budapestini idibus Juniis a. 1881.

Alexander Szilágyi,

Bibliothecae Universitatis Budapestinensis
Praefectus.

I. Catalogus Codicum

anno 1877 a gloriosissimo Turcarum Imperatore Abdul-Hamid II. Universitati Budapestiensi dono datorum. *)

1.

Cod. membr saec. XV. fol. III. et 250. cum init. et insign. Matthiae I. regis Hung.

a) I[a] — III[a] Vacant.

b) 1[b] — 250[a] **Theophrasti** de historia plantarum libri X. Eiusdem de causis plantarum libri VI. Ex graeca lingua in latinam traduxit Theodorus Gaza Graecus Thessalonicensis. *Inc.* „Quam magna exultare". *Expl.* „per se explanari dignius est."

c) Fol. 126[b] Vacat.

In fol. I[b] legitur a manu coaeva scripta haec nota: „Vespasianus librarius Florentinus fecit fieri Florentiae."

V. *Csontosi* l. l. *Abel* l. l. p. 5.

---

*) Hos codices fusius descripsit *Joannes Csontosi* in libello „A Konstantinápolyból érkezett Corvinák bibliographiai ismertetése" (Budapest 1877.) inscripto et ex actis quae „Magyar Könyvszemle" inscribuntur seorsum impressis, tum idem Csontosi in Petzholdii „Neuer Anzeiger für Bibliographie und Bibliothekswissenschaft 1877 p. 314—316, 348—350".

Csontosium secuti sunt *A. Török* „XXXV Handschriften" (Budapestini et Berolini 1878) et *Fischer* „König Mathias Corvinus und seine Bibliothek" (Vindobonae 1878). Necessitudinem, quae inter hos et alios eorundem auctorum codices intercedit, accurate examinavit *Eugenius Abel* („Corvincodexek" Budapestini 1879 et „Die Bibliothek des Königs Matthias Corvinus" in P. Hunfalvii „Literarische Berichte aus Ungarn" vol. II.) qui etiam nonnulla ad bibliographiam horum codicum spectantia adtulit.

2.

Cod. membr. saec. XV. fol. II. et 177. cum init. et insign. Matthiae I. regis Hung.

a) I^a — II^b Vacant.

b) 1^a—165^b **M. T. Ciceronis** orationes septem in C. Verrem. *Inc.* „Si quis vestrum". *Expl.* „accusare necesse est."

c) 166^a — 177^b Vacant.

V. Csontosi l. l. Nro 2. *Abel.* l. l. p. 62—67.

3.

Cod. membr. saec. XV. fol. II. et 135. cum init. miniat. et insign. Matthiae I. regis Hung.

a) I^a —II^a Vacant.

b) II^b — 134^b **S. Clementis** Papae, successoris Petri itinerarii libri X. (alias: Recognitionum Clementis libri X) per Rufinum presbyterum Aquilegiensem traducti. *Inc.* „Tibi quidem papae gaudenti". *Expl.* „quam apostolo exhiberet."

c) 135^{ab} Vacant.

Textus codicis madore passim corrupti a Joanne de Zredna correctus est.

4.

Cod. membr. saec. XV. fol. II. et 132. cum init. et in fol. 1^a insignibus reginae Beatricis, uxoris Matthiae I. regis Hung.

a) I^a Vacat.

b) I^b Notae ciffris scriptae a. 1491.

c) II^{ab} Vacant.

d) 1^a —131^b **Qu. Curtii Rufi** rerum gestarum Alexandri magni regis Macedonum libri novem. *Inc.* „Interea Alexander". *Expl.* „nominis honos habetur."

e) 132[a] Disticha „ad Vindelinum Spirensem artificem, qui Quintum credidit in lucem.“

Codex ex Vindelini Spirensis editione (a. 1470?—1471?) accurate descriptus olim fortasse bibliothecae Mathiae Corvini regis Hung. fuit. V. *Csontosi* l. l. Nro 4. *Abel* l. l. p. 17.

5.

Cod. membr. saec. XV. fol. I. et 79. cum init. et insign. Matthiae I. regis Hung.

a) I[ab] Vacant.

b) 1[a]—77[b] **Eusebii Pamphili** chronica cum interpretatione s. Hieronymi presbyteri et superadditis Prosperi. *Inc.* „Adiuro te quicunque“. *Expl.* „Hic fuit Prosper post Hieronymum.“

c) 78[a]—79[b] Vacant.

V. *Csontosi* l. l. Nro 5. *Abel* l. l. p. 27—35. Cfr. etiam Schoenii editionem (p. XIX): „ex epistula a Petermanno V. D. Constantinopoli data (A. 1864.) certior factus sum de Hieronymiani operis codice in Palatii Constantinopolitani bibliotheca servato, qui olim Matthiae Corvini fuisse dicitur, scriptus saec. XV.“

6.

Cod. membr. saec. XV. fol. IV. et 183. cum miniaturis et in fol. 1[a] insign. Matthiae I. regis Hung.

a) I[ab] Vacant.

b) II[a]—IV[a] Index codicis.

c) IV[b] Vacat.

d) 1[a]—182[b] **Eusebii Pamphili** libri XIV. de evangelica praeparatione a Georgio Trapezuntio traducti. *Inc.* „Ad sanctissimum papam“. *Expl.* „omnium explosi sunt finis.“

e) 183[ab] Vacant.

V. *Csontosi* l. l. Nro. 6. *Abel* l. l. p. 6.

7.

Cod. membr. saec. XV. fol. V. et 189. cum init. et fol. 1ª insignibus Matthiae I. regis Hung.

a) Iª — IIᵇ Vacant.

b) IIIª — Vᵇ Index codicis.

c) 1ª — 140ᵇ Scriptores Historiae Augustae. *Inc.* „Origo imperatoris Adriani“. *Expl.* „quam potuisse contendas.“

d) 141ª — 173ᵇ **Cornelii Nepotis** liber de viris illustribus exterarum gentium. *Inc.* „Non dubito fore“. *Expl.* „possit iudicari.“

e) 174ª — 187ª **Aurelii Victoris** liber de imperatoribus Romanorum. *Inc.* „Proca rex Albanorum“. *Expl.* „cremandum curavit.“

f) 187ᵇ — 189ᵇ Vacant.

V. Csontosi l. l. Nro 7. *Abel* l. l. p. 41—58.

8.

Cod. membr. saec. XV. fol. II. et 185. cum initialibus et insignibus Matthiae I. regis Hung.

a) Iª — IIᵇ Vacant.

b) 1ª — 185ª **Silii Italici** de secundo bello Punico libri XVII. *Inc.* „Ordior arma quibus“. *Expl.* „Roma tonantis.“

V. Csontosi l. l. Nro 8. *Abel* l. l. p. 13—16.

9.

Cod. membr. saec. XV. fol. II. et 132. cum initialibus et insignibus Matthiae I. regis Hung.

a) Iª — IIᵇ Vacant.

b) 1ª — 131ᵇ Fragmenta ex Annalibus et Historiis

P. C. Taciti (Ann. XI—XVI. Hist. I—V.) *Inc.* „Nam Valerium“. *Expl.* „ne temeraretur opus.“

c) 132^{ab} Vacant.

Fol. 131^{b} legitur haec nota: „Jo. Ar. legi transcurrendo 1467. sed mansit inemendatus.“ Sub „Jo. Ar.“ Joannes Vitéz archiepiscopus Strigoniensis intelligendus est. *V. Csontosi* l. l. Nro 9. *Abel* l. p. 20—24.

10.

Cod. membr. saec. XV. fol. II. et 179. cum init. et insignibus Matthiae I. regis Hung.

a) I^{a} — II^{b} Vacant.

b) 1^{a} — 178^{a} **Q. S. F. Tertulliani** adversus Marcionem Stoicum libri quinque. *Inc.* „Si quid retro gestum est“. *Expl.* „ne hic redundantiam iudicabis.“

c) 178^{b} — 179^{b} Vacant.

Fol. 178^{a} legitur a manu Joannis Vitéz archiepiscopi Strig. scriptum: „Finivi transcurrendo Nitriae, die II. Junii 1468. Emendare bene non potui propter inemendatum exemplar.“

V. *Csontosi* l. l. Nro 10.

11.

Cod. membr. saec. XV. fol. 213. cum initialibus.

a) 1^{ab} Vacant.

b) 2^{a} — 94^{b} **J. Caesaris** commentarii de bello Gallico (initium deest). *Inc.* „seque suis copiis“. *Expl.* „quam belli gerendi.“

c) 95^{a} — 156^{a} **J. Caesaris** comm. de bello civili. *Inc.* „Exceptus est Caesaris“. *Expl.* „a Caesare est interfectus.“

d) 156^{b} — 165^{a} **(J. Caesaris)** comm. de bello Alexandrino. *Inc.* „Bello Alexandrino“. *Expl.* „profectus est in Syriam.“

e) 165^{b} — 176^{b} **(J. Caesaris)** comm. de bello Pharnacis. *Inc.* „Dum haec in Aegypto“. *Expl.* „Omnium opinione venit.“

f) 177^{a} — 201^{a} **(J. Caesaris)** comm. de bello Africano. *Inc.* „Caesar itineribus iustis“. *Expl.* „ad urbem Romam venit.“

g) 201^{b} — 212^{a} **(J. Caesaris)** comm. de bello Hispaniensi. *Inc.* „Pharnace superato“. *Expl.* „laudibus et virtute.“

h) 212^{b} — 213^{b} Vacant.

In fol. 212^{a} legitur: „Marinus Tomacellus scribi fecit amicis aeque ac sibi. Angelus scripsit.“

Codex olim probabiliter bibliothecae Mathiae Corvini reg. Hung. V. *Csontosi* Nro. 11. *Abel* l. l. p. 18—20. Codicem descripsit etiam *Mordtmann* Philol. V. p. 579 et *Dübner* Philol. XXV. p. 342.

12.

Cod. membr. saec. XV. fol. min. II et 145. cum miniat.

a) I^{a} — II^{b} Vacant.

b) 1^{a} — 143^{a} Duodecim Panegyrici Latini. *Inc.* „Bene ac sapienter“. *Expl.* „omnium maximus imperator.“

c) 143^{b} — 145^{b} Vacant.

Codex olim probabiliter bibliothecae Matthiae Corv. regis Hung. V. *Csontosi* l. l. Nro. 12. *Abel* l. l. p. 78—84.

13.

Cod. membr. saec. XV. fol. I et 181.

a) I^{ab} Vacant.

b) 1^{a} — 179^{a} **Suetonii Tranquilli** Vitae Caesarum

(init. deest). *Inc.* „iocum fuerat afficeret“. *Expl.* „insequentium principium.“

c) 179[b] — 181[b] Vacant.

Fol. 1[a] legitur a manu coaeva scriptum distichon quoddam, fol. 181[a] autem haec nota: „1487. 17. Augusti in dicionem regis Mathie per longam obsidionem tandem venit Vyhel imperialis c. Austrie.“

Codex olim probabiliter bibliothecae Matthiae Corvini regis Hung.

V. *Csontosi* l. l. Nro. 13. *Abel* l. l. p. 24—27.

14.

Cod. chart. saec. XVI. 4° I. et 96.

a) I[ab] Vacant.

b) 1[a] — 93[b] **Alberti Magni** de mineralibus libri quinque. *Inc.* „De commissione et coagulatione“. *Expl.* „solo vapore vini convertetur.“ (Deest reliqua pars libri IV. inde a medio capitulo septimo et totus lib. V.)

c) 94[a] — 96[b] Vacant.

V. *Csontosi* l. l. Nro 14.

15.

Cod. membr. saec. XIV. fol. I. et 48.

a) I[ab] Vacant.

b) 1[a]—2[b] Index capitulorum.

c) 3[a]—46[a] **Albucasis** chirurgia cum formis instrumentorum in linguam latinam per Gerardum Carmonensem traducta. *Inc.* „Postquam complevi tibi o fili“. *Expl.* „apud illos in tuo tempore.“

d) 46[b]—47[a] Figurae anatomicae.

e) 47[b] Index rerum tractatarum.

f) 48[a] Fragmentum tractatus cuiusdam medici.

V. *Csontosi* l. l. Nro 15.

16.

Cod. membr. saec. XIV. et XV. madore passim corruptus 4" I. et 57.

a) I^{ab} Vacant.

b) 1^{a}—52^{a} **Aristotelis** physicae auscultationis libri VIII. in linguam latinam traducti. *Inc.* „Quoniam quidem intelligere est". *Expl.* „nullam habens magnitudinem."

c) 52^{a} — 56^{b} Anonymi auctoris tractatus de rebus ex quibus componitur corpus coëleste. *Inc.* „In hoc tractatu". *Expl.* „est valde bona."

V. *Csontosi* l. l. Nro 16. *Abel* l. l. p. 4.

17.

Cod. membr. et chart. saec. XV. fol. III. et 173. cum miniat. et init. et in fol. 1^{a} cum insignibus quibusdam.

a) I^{a}—III^{b} Vacant.

b) 1^{a}—145^{b} Liber posteriorum **Aristotelis.** *Inc.* „Omnis doctrina et omnis". *Expl.* „ac sempiternam gloriam amen." „Finit liber posteriorum Aristotilis cum eiusdem sententie explanatione famoxissimi artium ac sacre theologie magistri Pauli Veneti ordinis Heremitarum professoris excellentissimi expeditus per . . . . *(rasura)* die quinta mensis septembris 1449. hora quinta de maci *(sic.)*."

c) 146^{a}—147^{a} Vacant.

d) 147^{b}—148^{a} Tabulae festorum mobilium et numerorum aureorum de a. 1432— ad a. 1564.

e) 148^{b}—153^{b} Vacant.

f) 154^{a}—158^{a} **Aegidii Romani de Columna** tractatus de plurificatione intellectus possibilis contra commentatorem. *Inc.* „Quia nonnulli dubitant". *Expl.* „intellectus possibilis."

g) 158^{b} Vacat.

h) 159[a]—163[b] **Aegidii Romani** tractatus, quid sit medium in demonstratione potissima. *Inc.* „Questio est quid sit“. *Expl.* „hoc quod dictum est.“

i) 164[a] Vacat.

k) 164[b]—167[a] **Antonii de Parma** „doctoris quondam famosi Padue“ tractatus de unitate intellectus. *Inc.* „Queritur utrum sit“. *Expl.* „dyaphanum . . . . . etc.“ „Questio edita ab eruditissimo viro domino magistro Antonio de Parma die 24. Septembris 1451. . . . .“ *(rasura).*

l) 167[b]—172[b] **(Alani?)** De arte fidei catholicae libri quinque. *Inc.* „Clemens papa cuius“. *Expl.* „et sic propositum patet.“ — Idem opus extat in codice Laurentiano pl. LXXXIII. Cod. 27. et in cod. Monacensi lat. Nro. 5844.

m) 172[b] Describitur, qualis et quanta fuerit statura et effigies corporis domini nostri Jesu Christi.

n) 173[ab] Vacant.

V. *Csontosi* l. l. Nro 17. *Abel* l. l. p. 4. 5. 87. 88.

18.

Cod. membr. saec. XIV. fol. min. 412. cum init. et miniat.

a) 1[a]— 412[b] Biblia sacra utriusque foederis cum indice alphabetico. Textus inc. fol. 29[a]: „Spiritus dicat ecclesiis“. *Expl.* „revertere in terram tuam.“

Codex eleganter exaratus, nunc autem madore corruptus et singulis quaternioribus a bibliopego pessime confusis.

V. *Csontosi* l. l. Nro 18.

19.

Cod. membr. saec. XV. 4° 56. cum miniat.

a) 1ª—56ᵇ **Boetii** de consolatione philosophiae libri quinque. *Inc.* „Carmina qui quondam". *Expl.* „oculos agitis iudicis cuncta cernentis."

V. *Csontosi* l. l. Nro 19. *Abel* l. l. p. 84—87.

20.

Cod. membr. saec. XIV. *ex.* 4° II. 89. cum init. et insignibus familiae Castellini.

a) 1ª—2ᵇ Vacant.

b) 1ª—79ᵇ **M. T. Ciceronis** opera de amicitia, de senectute, de officiis, de somno Scipionis. *Inc.* „Quintus Mucius augur scevola". *Expl.* „ego somno solutus sum."

c) 80ª—82ᵇ Fragmenta anepigrapha ex operibus **Ciceronis**: Pro Milone 1— cap. 3 „an est quisquam, qui hoc"; (Cornificii) Rhetoricae ad Herennium III. cap. 11. §. 19 sqq. usque ad „pronuntiationem bonam id perficere" etc. *Inc.* „Etsi vereor iudices". *Expl.* „scriptura conatus sum voces."

d) 83ª—86ª Vacant.

e) 86ᵇ—87ᵇ Epistola **s. Bernhardi** ad Raimundum dominum castri s. Ambrosii. *Inc.* „(G)ratioso militi et felici". *Expl.* „senex accipiat iuniorem."

f) 88ª Vacat.

g) 88ᵇ **(S. Bernardi)** ad Demotelem epistola. *Inc.* „(f) (aleris?) demoteli salutem. Monitus tuos demoteles". *Expl.* „et hanc dignitatem vita relinquam."

h) 89ᵃᵇ Vacant.

V. *Csontosi* l. l. Nro 20. *Abel* l. l. p. 68—78.

21.

Cod. chart. saec. XV. 8° IV. et 96.

a) I[a] — IV[b] Vacant.

b) 1[a] — 75[a] **Gabrielis de Concorezio** fabulae cum allegoriis noviter repertae. *Inc.* „Hi quos pagani". *Expl.* „*Τέλος.*"

c) 75[a] — 77[a] **Gabr. de Concorezio** libellus anepigraphus de antiquis philosophis. *Inc.* „Philosophi greca". *Expl.* „implicatur."

d) 77[a] — 91[a] **Gabr. de Concorezio** „de poetis". *Inc.* „(P)oete unde sunt". *Expl.* „*Τέλος.*"

e) 91[b] — 96[b] Vacant.

Codex olim Francisci Sforza Mediolanensium ducis. *V. Csontosi* l. l. Nro 21. *Abel* l. l. p. 99—102.

22.

Cod. chart. saec. XV. 8° IV. et 124.

a) I[a] — IV[b] Vacant.

b) 1[a] — 117[a] **Sexti Pomp. Festi (Pauli Diaconi)** libri de verborum significatione. *Inc.* „Augustus locus sanctus". *Expl.* „Vernisera mersalia auguria."

c) 117[b] — 124[b] Vacant.

Codex olim Francisci Sforza Mediolanensium ducis. *V. Csontosi* l. l. Nro 22. V. etiam *Aemilii Thewrewk* de Ponor libellos: „Codex Festi Breviati Corviniani" (Budapest, 1878. E vol. XIV. annalium „Nyelvtudományi közlemények)" et „Der Festus Pauli Codex der Corvina." (Budapest, 1878. Ex annalibus „Literarische Berichte aus Ungarn" inscriptis.)

23.

Cod. chart. saec. XV. 8° 108.

a) 1[a]—104[b] Grammatica latina prosa oratione scripta **Danielis** cuiusdam viri Itali. *Inc.* „Nota quod grammaticha". *Expl.* „et cetera talia amen."

b) 104[b] Fragmentum litterarum, quae de concilio generali Constantiae celebrato (1414—1418.) mentionem faciunt.

c) 105[a]—108[a] Vacant.

d) 108[b] Variae notae lingua lat. et slav. vet. scriptae, inter cetera haec nota: „A. d. M. CCCC. XL. fui infirmus ad mortem, quod nunquam per antea talem infirmitatem fui passus.“

V. *Csontosi* l. l. Nro 23. *Abel* l. l. p. 88—94.

24.

Cod. membr. saec. XIV—XV. 4° I. et 71. cum init. et in fol. 1. insignibus familiae Castellini, cum litt. A. I.

a) I[ab] Vacant.

b) 1[a]—71[b] **Alexandri de Villa Dei** Doctrinale puerorum cum glossis Ludovici de Guastis. Textus *inc.* fol. 1[b]: „Rectio as es a dat“. *Expl.* „sive de guastis.“

V. *Csontosi* l. l. Nro 24. *Abel* l. l. p. 94—96.

25.

Cod. chart. saec. XV. fol. I. et 107.

a) I[ab] Vacant. In fol. I[b] legitur post quaedam verba inscriptio voluminis: „Incipitur liber qui vocatur Historiegraphus.“

b) 1[a]—83[b] **Gesta Romanorum.** *Inc.* „Alexander regnavit prudens“. *Expl.* „de ceteris vitiis proponit.“ Fol. 47[a] legitur de aetate codicis: „1474. Varadiensis.“

c) 84[a]—104[b] **Historia septem sapientum** magistrorum et philosophorum bene moralisata de quodam filio regis famosissimi et boni. (Historia de Pontiano rege.) *Inc.* „Pontianus in urbe Romana“. *Expl.* „pervenire etc. 1474. Reductio narrationis 4-ti magistri.“

d) 105[a]—107[b] Vacant. 107[b] leguntur haec epigrammata:

W { Si modo sum degens non debet spernere me gens,
Cristus pauper erat et nuc super omnia regnat.

Quando bibo vina facio mihi comoda(m) viam.

Fol. 82[a] legitur haec rubrica hungarica: „Hogh yhathnam.“

Codex ut videtur ad commissionem magn. et egreg. domini Ladislai de Egerwara gubernatoris episcopatus Waradiensis per Mathaeum de Stara scriptus a. 1474. (Vide cod. Nro 61.)

V. *Csontosi* l. l. Nro 25.

26.

Cod. membr. saec. XV. 8° I. et 59.

a) I[ab] Vacant.

b) 1[a]—58[b] **Plutarchi** vita Aristidis et Catonis Censorini Franciso Barbaro Veneto interprete. *Inc.* „Eloquentissimi ac patricii viri“. *Expl.* „propositum fuit.“

c) 59[ab] Vacant.

V. *Csontosi* l. l. Nro 26. *Abel* l. l. p. 6.

27.

Cod. chart. saec. XV. fol. IV. et 180.

a) I[a] -- IV[b] Vacant.

b) 1[a] — 173[b] **Scriptores historiae Augustae.** *Inc.* „Origo imperatoris Hadriani“. *Expl.* „quam potuisse intendas.“

c) 174[a]—180[b] Vacant.

Codex olim Francisci Sforza ducis Mediolanensium. *V. Csontosi* l. l. Nro 27. *Abel* l. l. p. 35—41.

28.

Cod. chart. saec. XV. fol. I. et 218.

a) I[ab] Vacant.

b) 1[a]— 217[b] Liber synonimorum medicorum **Simonis Januensis** (alias Clavis sanationis). In fine vocabularium medicinale. *Inc.* „Domino magistro Campano“. *Expl.* „Tobalanachas id est scoria eris.“

c) 218[ab] Vacant.

V. Csontosi l. l. Nro 28.

29.

Cod. chart. saec. XV. 8° I. et 218.

a) I[ab] Vacant.

b) 1[a] — 217[a] **Simonis Januensis** clavis sanationis (alias: Liber synonimorum medicorum). *Inc.* „Venerabili viro magistro Symoni“. *Expl.* „Ysopus . . . . deinde refrigeratur et quod . . “ (cetera desunt, deest reliqua pars litt. Y et Z.)

c) 217[b]—218[b] Vacant.

V. Csontosi l. l. Nro 29.

30.

Cod. membr. saec. XV. fol. I. et 49. (Miniaturae spatio vacuo relicto desunt.)

a) I[ab] Vacant.

b) 1[a]—48[b] (fol. 3 deest) Speculum humanae salvationis. *Inc.* „Dominus in excelso“. *Expl.* „dignetur Jesus Christus amen.“

c) 49[ab] Vacant.

V. Csontosi l. l. Nro 30.

31.

Cod. chart. saec. XV. 8° I. et 151.

a) I[ab] Vacant.

b) 1[a] — 144[b] **P. Terentii Afri** comoediae sex (Andria, Eunuchus, Heautontimorumenos, Adelphi, Hecyra, Phormio). *Inc.* „Sororem falso creditam“. *Expl.* „Iudex noster Phormio iam hic faxo aderit. Vos valete et plaudite. Caliopius recensui. Laudetur nomen domini“ *etc.*

c) 144[b]—151[a] Vita Terentii Oxoniensi vitae similis; argumentum Andriae prosa oratione scriptum, vita Terentii Oxoniensis, argumenta singularum Terentii comoediarum et explicatio didascaliorum; in fine regulae metricae. *Inc.* „Andria vel Heunucus“. *Expl.* „infimo loco trochei ut ibi.“

Fol. 144[b] legitur: Terentii Afri Phormio explicit. Deo gratias amen. Galoysius Haudry s(cripsi) de 1444.

V. *Csontosi* l. l. Nro 31. *Abel* l. l. p. 11—13.

32.

Cod. chart. saec. XV. fol. I. et 195.

a) I[ab] Vacant.

b) 1[a] — 131[b] **M. Vitruvii Pollionis** de architectura libri. *Inc.* „Quum divina tua mens“. *Expl.* „voluminibus haberet explicata.“

c) 132[a]—136[b] Vacant.

d) 137[a]—162[a] **P. Candidi** historiae peregrinae libri tres. *Inc.* „Quantum inter se“. *Expl.* „sentiet defuisse.“

e) 162[b]—190[a] **P. Candidi** grammaticon libri duo. *Inc.* „Qui amico detrahit“. *Expl.* „vix statim designat. P. Candidi grammaticon liber secundus explicit de proprietate verborum latinorum feliciter. Finitus die ultimo Novembris M.CCCC° LXIII.“

f) 191^{b}—195^{b} Vacant.

Codex olim Francisci Sforza ducis Mediolanensium. V. *Csontosi* l. l. Nro 32. *Abel* p. 58—62. 96—99.

33.

Cod. membr. saec. XV. fol. I. et 84. cum init. illustr. et in fol. 1^{a} insignibus quibusdam.

a) I^{ab} Vacant.

b) 1^{a} — 78^{b} **Dante Alighieri** Divina Comoedia. *Inc.* „Nel meço del camin". *Expl.* „il sol el altre stelle." (Sequuntur duae tercinae scriptoris.)

c) 79^{a}—82^{a} Aphorismata e scriptura sacra et e scriptoribus latinis graecisque sumpta et in Italicum idioma traducta. *Inc.* „Ante iudicium para iusticiam". *Expl.* „qui finit esse quod est."

d) 82^{b} legitur: „Istum librum non comodabis, si comodabis, non reabebis, si reabebis, non tam bene, si tam bene, non tam cito, si tam cito, perdes amicum."

e) 83^{a}—84^{b} Vacant.

V. *Csontosi* l. l. Nro 33.

34.

Cod. chart. saec. XV. fol. V. et 101.

a) I^{a}—V^{b} Vacant.

b) 1^{a}—100^{b} Opus italicum de navigatione, oceanographia et geographia, continens duas partes. *Inc.* „Remunda luna quarta". *Expl.* „tartari, christiani e saraceni." (fol. 95^{b} vacat.)

c) 101^{ab} Vacant.

V. *Csontosi* l. l. Nro 34.

35.

Cod. membr. saec. XIV. *ex.* fol. I. et 146. cum miniat.

a) I^{ab} Vacant.

b) 1^{a}—143^{b} Codex hispanus continens fragmenta ex operibus Senecae, Ciceronis et imprimis ex Aristotelis Ethicis et e Cassiodori Libris Variarum sumpta. *Inc.* „Questo e lo proemio delo volgariçador". *Expl.* „in li segoli deli segoli amen." Sequitur index.

c) 144^{a}—146^{b} Vacant nisi quod nonnullae notae leguntur in fol. 145^{b} : „IHS. Johannes Darius scripsit atramento nimphirius (?) per ipsum Kiriaco Aconitano ad scribendum adducto." et in fol. 146^{a}: „Questo libro costa den. 8." etc. — Fol. 144^{b} habetur figura equitis in equo sedentis cum inscriptione: „Fon(s) gloriae perennis Theodosi," de qua imagine fusius exposuit P. Dethier in tractatu „Augusteon vagy Nagy-Justinian óriás lovasszobra" inscripto et Annalibus Academiae Scientiarum Hungaricae („A Magyar Tudom. Akadémia Évkönyvei XI. 1868." Pars Decima) inserto.

V. *Csontosi* l. l. Nro 35. *Abel* l. l. p. 6—9.

II. Codices Latini saec. XIV.

36.

Cod. membr. saec. XIV. *in.* binis columnis exaratus. 4° 313. cum miniat.

a) 1ª—313ᵇ (finis deest) Breviarium. *Inc.* „Invitatorium. Venite exultemus“. *Expl.* „audiebat verbum illius . . . .“ (Reliqua vix possunt legi.)

37.

Cod. membr. saec. XIV. binis columnis exaratus. fol. 202.

a) 1ᵇ Versus memoriales continentes regulas iuris canonici. *Inc.* „Consti (?) rescrip“. *Expl.* „regula iuris.“ (2ª Vacat.)

b) 2ᵇ—201ª Quinque libri Decretalium **Gregorii papae IX.** cum commentariis **Bernardi de Montemirato.** *Inc.* „Gregorius episcopus servus servorum“. *Expl.* „quis homagium compellatur.“ (Cum glossis marginalibus valde numerosis.)

c) 201ᵇ Vacat.

d) 202ª Variae notae in decreta.

Fol. 2ᵇ legitur a manu saec. XV. scriptum: „Liber ecclesie beate virginis prope Zagrabiam claustri Heremitarum.“

38.

Cod. membr. saec. XIV. binis columnis exaratus. fol. 196.

a) 1[a]—179[b] Commentarius in secundum librum sententiarum **Petri Lombardi.** *Inc.* „Qui vivit in eternum". *Expl.* „in secula seculorum amen."

b) 180[a]—196[b] Commentarius in ignoti cuiusdam auctoris de beatitudine librum. *Inc.* „Ad primum sic procede". *Expl.* „omnia que vult."

c) 196[b] Officium de corpore Christi per magistrum ordinis et definitores generalis capituli ordinatum.

In fine legitur a manu saec. XIV. scriptum: „Reverendo Patri fratri Benedicto ordinis fratrum predicantium priori provinciali fratrum ordinis predicantium per Ungariam, frater Thomas eiusdem ordinis vicarius vester generalis in conventu Pothokensi se ipsum cum obedientia filiali vestre paternitati intestat, quod gratum habui, quod me absolvistis, sed magis gratum habebo, quod me supportetis."

In folio 1. manus saec. XVII. adnotavit: „Est conventus Rhemetensis J. 16."

39.

Cod. chart. saec. XIV. binis columnis exaratus. fol. 234.

a) 1[a]—34[b] Opus quadragesimale. *Inc.* „Cum ieiunatis nolite fieri". *Expl.* „rogemus dominum. Explicit quadragesimale operis Marie, que est mater dei intacta." (35[ab] vacant.)

b) 36[a] — 47[b] Sermones de evangelio, de sancto spiritu, sermones dominicales. *Inc.* „Qui credit in filium dei". *Expl.* „offerat mecum" (Finis deest.).

c) 48[a]—61[a] Sermones de diebus dominicis. *Inc.* „secundum carnem vixeritis". *Expl.* „hunc mundum etc."

d) 61ᵇ—83ᵃ Sermones in adventu domini et de evangelio et sermones dominicales. *Inc.* „Hora est iam nos“. *Expl.* „et nobis precare dignetur etc. Explicit opus Marie per anni circulum“. Sequitur Sermo de epistola et alius de evangelio.

e) 83ᵃ—86ᵇ Liber scintillarum habens 22 capitula. *Inc.* „Dominus deus“. *Expl.* „sunt divites etc.“

f) 86ᵇ — 88ᵃ Notabile de die Dominico celebrando. *Inc.* „Qui dominum non timetis“. *Expl.* „quod nobis precare etc.“

g) 88ᵃ — 90ᵃ **Thomae de Aquino** expositio solemnis super „pater noster“ cum prologo. *Inc.* „Pater Thomas de Aquino“. *Expl.* „et effectu dicenda est etc.“

h) 90ᵃ—94ᵃ Tractatus de septem sacramentis. *Inc.* „Septem scilicet sacramenta“. *Expl.* „de septem sunt sancte ecclesie etc.“

i) 94ᵇ—95ᵇ Tractatus de corea et pudore. *Inc.* „Ad cori . . . . . “. *Expl.* „ergo libenter audienda est.“

k) 96ᵃ — 226ᵇ Opus sermonum **Jacobini de Voragine.** *Inc.* „Prepara te“. *Expl.* „illius pauperis. Explicit opus sermonum de dominicis per anni circulum Jacobini de Voragine completum sub anno domini M°CCC nonagesimo sexto.“

l) 227ᵃᵇ Sermo de s. trinitate. *Inc.* „Ro. XI. Saltitudo diviciarum sapiencie“. *Expl.* „contra homines prevalebis.“

m) 228ᵃ—234ᵇ Vacant.

In tegumine priori fragmentum cuiusdam diplomatis saec. XIV. pro Nicola de Secz clerico Cracoviensis dioec. adglutinatum est; in tegumine posteriori fragmentum cuiusdam codicis ecclesiastici membr. saec. XIII.

40.

Cod. chart. saec. XIV. binis columnis exaratus. fol. 106.

a) 1ᵃ—84ᵇ Summa ethicae. (Primum folium deest.) *Inc.* „cum domino“. *Expl.* „Anno domini 1386. feria

tertia post Mathie apostoli predicta summa est completa.“

b) 85ᵃ—87ᵇ Constitutiones **Guidonis cardinalis** a. 1268. factae. *Inc.* „Frater Guido“. *Expl.* „Clementis pape IIII. anno tercio.“

c) 87ᵇ—89ᵇ Constitutiones **Friderici archiepiscopi Saltzburgensis** a. 1274. *Inc.* „Ad honorem et gloriam“. *Expl.* „Indictione secunda kal. Novembris.“

d) 89ᵇ—90ᵃ Mitigatio **Chunradi archiepiscopi Saltzburgensis** a. 1303. facta. *Inc.* „Ad hec quidam“. *Expl.* „beneficia recurremus.“

e) 90ᵃ—92ᵃ Instituta **Fridrici AEppi Saltzburg.** in concilio provinciali Saltzburgae a. 1281. *Inc.* „Cum instancia nostra“. *Expl.* „inventi fuerunt contemptores.“

f) 92ᵃ—97ᵃ Constitutiones concilii Herbipolensis a. 1288. factae. *Inc.* „Joannes miseratione divina“. *Expl.* „Datum ut supra.“

g) 97ᵇ—98ᵃ Synodus per **Chunradum AEppum Saltzburgensem** a. 1288. celebrata. *Inc.* „Contractibus matrimoniorum“. *Expl.* „nec gaudere“.

h) 98ᵃᵇ Concilium provinciale per **Chunradum archiepiscopum Saltzburg.** a. 1310. celebratum. *Inc.* „Primo statutum de clericis“. *Expl.* „canonum iam predictam.“

i) 98ᵇ Bulla **Clementis V.** a. 1307. de revocatione clericorum laicorum. *Inc.* „Pastoralis cura“. *Expl.* „anno secundo.“

k) 98ᵇ—99ᵃ Synodus per **Chunradum archiepiscopum Saltzburgensem** a. 1310. celebrata. *Inc.* „In saluti animarum“. *Expl.* „in hac parte.“

l) 99ᵃ—101ᵇ Instituta **Pilgrimi archiepiscopi Saltzburg.** publicata in provinciali concilio Saltzb. a. 1386. *Inc.* „Ad laudem et“. *Expl.* M. CCC. octuagesimo sexto.“

m) 101ᵇ— 103ᵃ Bulla pontificalis, sine nomine papae. *Inc.* „Ut animarum“. *Expl.* Datum Neapoli XI. kal. Dec.“

n) 103ᵃ — 105ᵇ Litterae **Friderici archiepiscopi**

Saltzburgensis a. 1319. kal. Jun. scriptae, tenorem cuiusdam bullae Bonifatii VIII. transcribentes. *Inc.* „Fridericus dei gratia“. *Expl.* „anno domini M.CCC. decimo nono.“

o) 105[b] — 106[b] Instantiae fratrum mendicantium. *Inc.* „In nomine domini“. *Expl.* „secundo quia portio canonica.“ (Reliqua scriba addere neglexit.)

41.

Cod. chart. saec. XIV. fol. 239.

a) 1[ab] Tituli quaestionum libri **Tegni Galieni.**

b) 2[a]—239[b] (Finis et init. desunt.) Quaestiones trium tractatuum **Tegni Galieni** secundum **Jacobum de la Turre de Forlivio.** *Inc.* „ex notatione finis“. *Expl.* „sed alias res non . . .“

42.

Cod. chart. saec. XIV. binis columnis exaratus. fol. 241.

a) 1[ab] Index et registrum codicis.

b) 2[a] Nota super illo evangelio „Ego sum pastor bonus.“ *Inc.* „Bonus dicitur“. *Expl.* „hec ille.“

c) 2[b] Fragmentum mutilum b. Hieronymi de vita s. Paulae. *Inc.* „(Q)uidam vero veteranorum“. *Expl.* „eius quis e . . . “

d) 3[a]—4[a] **Huberti canonici** in porta Ravennensi quaestio de superfluo ornatu mulierum. *Inc.* „Questio disputata Bononie“. *Expl.* „voluit etc. quod deo patri amen.“ (Sequuntur notae de sacerdotibus, de nominibus Luciferi.)

e) 4[b]—25[b] Postilla super passionem Christi secundum Mathaeum. *Inc.* „Scitis quia post biduum“. *Expl.* „eternam vitam . . . . . perducat.“

f) 25[b] Variae notae de verbis Hieronymi contra illos, qui dicunt se non posse continere, de quatuor persecutoribus, de quinque conditionibus, quae requiruntur ad verum praedicatorem etc.

g) 26[a] De virtute orationis. *Inc.* „Domus mea, domus". *Expl.* „eternam etc. amen."

h) 26[a]—27[a] Sermones duo de dedicatione. *Inc.* „Suspiciens Jesus". *Expl.* „gloriosam virginem etc."

i) 27[a]—29[a] Postilla super egressus Jesu Christi. *Inc.* „Egressus Jesus perambulabat Jericho". *Expl.* „eius nacione legisse."

k) 29[b]—30[b] Sermo de dedicatione. *Inc.* „Oraculum in medio domus". *Expl.* „Require in capitulo XXIII. levitici."

l) 30[b]—35[a] Notae de peccatis, de blasphemia, de idolatria, de agonia, de septem vitiis et de plurimis aliis peccatis. *Inc.* „Nota quod peccatum". *Expl.* „predicantibus."

m) 35[a] — 36[a] Sermo **sancti Augusti** de honestate mulierum. *Inc.* „(N)emo dicat fratres". *Expl.* „misericordia plena est terra amen."

n) 36[a]—37[b] Sermo **b. Augustini** de contemptu mundi ad clerum. *Inc.* „(A)udite fratres karissimi". *Expl.* „per omnia secula amen."

o) 37[b]—42[b] Tractatus de quatuor instinctibus, angelico videlicet, divino, diabolico et naturali. *Inc.* „(S)emen cecidit in terram bonam". *Expl.* „et in calculo". (Reliqua desunt.)

p) 43[a]—181[a] Postillae hiemales. *Inc.* „Alpha et O, principium et finis". *Expl.* „deus in secula seculorum amen."

q) 181[b] Vacat.

r) 182[a] — 232[a] Sermones de resurrectione domini. *Inc.* „Jesum queritis nazarenum". *Expl.* „deus in secula seculorum amen."

s) 232ª—237ᵇ Postilla super orationem dominicam. *Inc.* „Pater noster, qui es in celis“. *Expl.* „possidebimus in secula seculorum amen.“

t) 237ᵇ — 239ᵇ Notae de plurimis haereticorum sectis. (Sequitur nota de morte.)

u) 240ª—241ᵇ Vacant.

43.

Cod. membr. saec. XIV. binis columnis exaratus. fol. min. 89.

a) 1ª—88ª **Martini Poloni** decreta Martiniana seu tabula decretorum alphabetica (Init. deest.). *Inc.* „Quod abbatissa non eligatur“. *Expl.* „nature iura tenere. Explicit decreta Martiniana composita a fratre Martino ordine predicatorum deo gratias amen.“ (88ᵇ vacat.)

b) 89ª Fragmentum cantionis: „Adest dies celebris.“

44.

Cod. membr. saec. XIV. binis columnis exaratus. 4°. 483.

a) 1ª—475ᵇ Legendae sanctorum in duos libros divisae. (Initio 10 folia desunt.) *Inc.* „colis regionis ostenditur“. *Expl.* „dignetur per gloriam amen.“

b) 476ª Vacat.

c) 476ᵇ—478ᵇ Historia burgundica, historia de Gondebando, Sigismundo, Gondermaro etc. regibus. *Inc.* „Tempore Thiberii senioris“. *Expl.* „gloria, virtus et potestas per omnia s. s. amen.“

d) 479ª—482ᵇ Sermo de sancto Demetrio. *Inc.* „(H)odie fratres universus orbis“. *Expl.* „honor et imperium per infima secula seculorum amen.“

e) 482ᵇ—483ᵇ Variae notae de provenientia codicis de anno 1475, 1589, 1598.

45.

Cod. membr. saec. XIV. binis columnis exaratus. 4° 323. cum init.

a) 1ª—284ᵇ Biblia sacra utriusque foederis cum prologo.

b) 285ª—286ᵇ Tabulae continentes legenda in singulis feriis anni.

c) 287ª — 315ᵇ Interpretationes nominum hebraicorum. *Inc.* „*Az* apprehendens vel". *Expl.* „*Zuram* consiliantes eos vel conciliatores eorum. Expliciunt interpretaciones nominum hebraicorum."

d) 316ª—322ᵇ Esdrae liber tertius et quartus.

e) 323ᵃᵇ Vacant.

Ante textum in adglutinata pagina legitur haec nota:

S. Lectori Christiano.

Biblia haec ms. sancti Sebaldi fuisse, paginae lacerae a bibliopego erasae testabantur. Verum quo loco et tempore sint exarata, nulla potui ratione investigare. Equidem ante inventam typographiam scripta fuisse, nullus dubito. Vale et antiquitatem veri satis trutina libratam venerare.

14. April. Liliani. A. D. 1617.

Sáros-Patachini in comitatu Zempliniensi superioris Ungariae possessor

Mich. Orvos Surius loci dicti pastor primarius. M. P. S. S.

46.

Cod. membr. saec. XIV. *ex.* binis columnis exaratus. fol. 149.

a) 1ª—2ᵇ Vacant.

b) 3ª—149ª (Initium deest.) Biblia sacra, continens historiam a primo libro Regum usque ad actus Apostolorum. *Inc.* „in Samariam. De vinea Naboth". *Expl.* „libro ypotyposeon i. e. informationum. Explicit historia scolastica."

47.

Cod. chart. saec. XIV. *ex.* fol. 231.

a) 1^a—221^b Commentarii et lecturae ad evangelia et epistolas apostolorum. *Inc.* „Beatus quem tu“. *Expl.* „sic solvit Scotus. Explicit lectura epistolarum canonicarum beati Johannis et beati Jude apostolorum deo gratias.“ (194^b—196^b vacant.)

b) 222^a—228^b Tractatus, „utrum religio catholica sit religionum perfectissima.“ *Inc.* „Utrum religio christi“. *Expl.* „et sic est finis huius deo gratias.“

c) 229^a—231^b Vacant.

In tegumine fragmentum de officiis sacerdotum legitur. *Inc.* „Sit etiam pastor“. *Expl.* „in stella clericorum.“

48.

Cod. chart. saec. XIV. *ex.* fol. 208.

a) 1^a—4^b Decem praecepta domini lingua germanica explicata. *Inc.* „Audi Israel precepta domini“. *Expl.* „zeit adir ewiclich et cetera.“

b) 4^b—5^b Sermo de conceptione beatae Mariae virginis. *Inc.* „Ego autem edificam nomine domum“. *Expl.* „rogemus ipsam.“

c) 5^b—8^b Sermo de sancto Servatio. *Inc.* „Ecce sacerdos magnus“. *Expl.* „pippiano nomine perierunt.“

d) 8^b—9^a Confessio peccatorum germanica lingua facta. *Inc.* „Ich zundiges mensch“. *Expl.* „hymelischer vater genod.“ (9^b vacat.)

e) 10^a—12^b Sermo de dominica Laetare. *Inc.* „Abiit Jesus trans mare Galilee etc“. *Expl.* „verbi dei et gracie etc. ut scis.“

f) 12ᵇ—14ᵇ Fragmentum sermonis de assumptione b. Mariae virginis. *Inc.* „Hodie magnificata est anima mea“. *Expl.* „quia pervenit illuc.“

g) 15ᵃ—18ᵃ Speculum peccatoris. *Inc.* „Quoniam fratres karissimi“. *Expl.* „qui est in secula seculorum benedictus amen.“

h) 18ᵇ—26ᵇ **S. Bonaventurae** speculum animae seu itinerarium in deum. *Inc.* „Ecce descripsi eam“. *Expl.* „rogemus dominum.“

i) 27ᵃ—74ᵃ **S. Bonaventurae** tractatus de doctrina dei; praecedit index. *Inc.* „Preparate corda vestra“. *Expl.* „et per eum habebunt.“

k) 74ᵇ Cantio: „Si dedero somnum.“

l) 75ᵃ—104ᵃ Concordantia quatuor evangelistarum super passionem domini. *Inc.* „Scitis quia post biduum“. *Expl.* „sine fine vivit et regnat amen.“

m) 104ᵃ—105ᵇ Sermo de ascensione domini. *Inc.* „Psallite deo, qui ascendit“. *Expl.* „non petunt liberacionem etc.“

n) 105ᵇ—107ᵇ Sermones duo de rogationibus. *Inc.* „Petite et accipietis“. *Expl.* „precante domino qui vivit etc.“

o) 107ᵇ—108ᵇ Sermo de ascensione domini. *Inc.* „Elevatus est sol et luna“. *Expl.* „qui cum patre et spiritu sancto etc.“

p) 108ᵇ—112ᵇ Sermones quinque de corpore Christi. *Inc.* „En pluam vobis panes de celo“. *Expl.* „Oretur a nobis ut deus noster etc.“

q) 112ᵇ—114ᵇ Sermo communis. *Inc.* „Venite filii, audite me“. *Expl.* „rogemus.“

r) 114ᵇ—117ᵇ Sermones duo de assumptione virginis gloriosae. *Inc.* „Intravit Jesus in quoddam castellum“. *Expl.* „quod nobis precare dignetur amen.“

s) 117ᵇ—118ᵇ Sermo de domina. *Inc.* „Veni in ortum meum soror“. *Expl.* „in diebus estatis.“

t) 119ᵃ — 122ᵇ Sermo de resurrectione domini. *Inc.* „Jesum queritis nazarenum“. *Expl.* „quod ut prestet etc.“

u) 122ᵇ—124ᵇ Tractatus de sacro canone. *Inc.* „Quoniam sacer canon“. *Expl.* „est benedictus in secula seculorum amen.“

v) 124ᵇ—126ᵇ **S. Augustini** liber ad clericos de contemptu mundi. *Inc.* „Audite fratres karissimi“. *Expl.* „deus in secula seculorum.“

w) 126ᵇ—128ᵃ Sermo de novo sacerdote. *Inc.* „Vas electionis est“. *Expl.* „precare dignetur Jesus Cristus amen Sy woy Schervubel.“

x) 128ᵃ—130ᵇ Sermo de decimis. *Inc.* „Ubi est Abel frater tuus.“ *Expl.* „nobis concedat etc.“

y) 130ᵇ—131ᵃ Varia excerpta ex operibus **Augustini, Gregorii, Hieronymi, Isidori, Albini, Sixti, Bedae** aliorum. *Inc.* „Aug. si fueris“. *Expl.* „consolacionis munere privabitur.“

z) 131ᵃ—136ᵇ Sermo de sacerdotibus. *Inc.* „Surge et fac, et erit dominus tecum“. *Expl.* „sumere et aliis.“

aa) 136ᵇ—140ᵇ Sermo de novo sacerdote. *Inc.* „Vado ad eum, qui me“. *Expl.* „vivit et regnat amen.“

bb) 140ᵇ—146ᵃ Sermo de sancto Johanne Baptista. *Inc.* „Erit magnus“. *Expl.* „terdenis alius coronatum.“

cc) 146ᵇ—150ᵃ De decem miraculis corporis Christi. *Inc.* „Decem sunt miracula“. *Expl.* „et vivet in eternum hec ille.“

dd) 150ᵃ - 154ᵇ Sermo de caritate. *Inc.* „Si diligimus invicem deus“. *Expl.* „dignetur amen et cetera.“

ee) 154ᵇ—159ᵃ Variae notae de septuagesima, sexagesima, quinquagesima, quadragesima et de septem sacramentis, de sacerdote, de festo die etc. *Inc.* „(S)eptuagesima“. *Expl.* „homine brevis (?).“

ff) 159ᵃ—160ᵇ Sermo super illo evangelio „Zachee festinans descende“. *Inc.* „Sachee festinans“. *Expl.* „in regno celorum.“

gg) 160^{b}—162^{a} Sermo super illo evangelio: „Attendite a falsis prophetis“. *Inc.* „Attendite“. *Expl.* „provocarent.“

hh) 162^{b}—165^{a} Sermones de connumeratione animarum. *Inc.* „Mortuo non prohibeas“. *Expl.* „testatur affectum.“ (165^{b}—166^{a} vacant.)

ii) 166^{b} Fragmentum literarum germanicarum. *Inc.* „Meyne frundin“. *Expl.* „dw wuot ge. oenet.“

kk) 167^{a}—168^{a} De sancta Catharina sermo. *Inc.* „Tota pulchra es“. *Expl.* „si videris expedire.“

ll) 168^{b} — 204^{a} Opus Mariae, quae est mater dei intacta, videlicet quadragesimale continens sermones ad dominicas et ferias anni. *Inc.* „Olim a ieiunatis nolite“. *Expl.* „rogemus dominum. Explicit opus Marie, que est mater dei intacta videlicet quadragesimale.“

mm) 204^{b}—208^{b} Litterae complures saec. XV. ad Mathaeum de Vicedominis de Placentia canonicum Strigoniensem, Petrum plebanum de Zewles (inter haec testamentaria dispositio eiusdem), *Casparem pictorem de Cassa* etc. respicientes; aliae notae et fragmenta lingua lat. et germ. scripta. Sic etiam in tegumine posteriori. In tegumine priori legitur index codicis. Codex olim monast. Lechnitzensis.

49.

Cod. membr. saec. XIV. *ex.* binis columnis exaratus. 4°. fol. 259.

a) 1^{a}—151^{b} Commentaria in evangelium Marci. *Inc.* „Quatuor facies uni et“. *Expl.* „qui est honor et gloria in secula seculorum amen.“

b) 152^{a}—259^{b} Commentaria in Apoclypsim cum prologo **b. Hieronymi.** *Inc.* „Permittitur autem huic libro“. *Expl.* „qui cum patre et spiritu sancto vivit et regnat etc. Explicit hic liber.“

50.

Cod. chart. saec. XIV. et XV. folio 491. binis columnis exaratus.

a) 1ª—45ᵇ Martyrologium (Initium deest.). *Inc.* „qui a primeva etate christianus“. *Expl.* „confessorum atque virginum.“

b) 46ª—56ᵇ Tabulae concordantionales ad scripturam sacram.

c) 47ªᵇ Vacant.

d) 58ª—71ᵇ Disputatio catholici contra haereticos super articulos fidei etc. *Inc.* „(S)urgente mundo“. *Expl.* „contra ecclesiam desevientes.“

e) 72ª—75ª Sermo de mercede coelesti et interpretatio sacrae scripturae huius dictionis. *Inc.* (R)eceperunt mercedem suam“. *Expl.* „nos perducat, qui vivit.“

f) 75ª—77ᵇ Sermo de eiectione in tenebras cum prooemio. *Inc.* „(F)ilii regni eiicientur in tenebras“. *Expl.* „ipso domino nostro.“

g) 77ᵇ—82ᵇ Sermo de adlaboratione ad iustitiam cum prooemio. *Inc.* „(A)ttendite ac iusticiam“. *Expl.* „rogacionum sabbato.“

h) 82ᵇ—85ª Sermo de navigatione Iesu Christi super mare cum prooemio. *Inc.* „(C)um sero esset factum erat“. *Expl.* „nos Cristus perducat.“

i) 85ª—88ᵇ Sermo de tentatione Iesu Christi a diabolo cum prooemio. *Inc.* „(D)uctus est Iesus“. *Expl.* „pugnens (!) nos coronet in secula seculorum.“

k) 88ᵇ — 92ª Sermo super parabolis Iesu Christi cum prooemio. *Inc.* „(R)eparabit eos ab invicem“. *Expl.* „qui vivit et regnat amen.“

l) 92ª—94ª Sermo de mercatoribus a Christo e templo eiectis cum prooemio. *Inc.* „(I)ntravit Iesus in templum“. *Expl.* „quociens in hoc“ (Finis deest.). (94ᵇ—95ᵇ vacant.)

m) 96ª—103ª **Augustini** liber de spiritu et anima. *Inc.* „Quoniam dictum est“. *Expl.* „aliud quam ratio etc. Explicit liber Augustini de spiritu et anima.“

n) 103ª—119ᵇ Confessionale. *Inc.* „Quia ut ait Ambrosius“. *Expl.* „nescimus quantum hora. Explicit confessionale satis competens.“

o) 120ª — 134ª Enchiridion **Augustini** cum ordine capitulorum. *Inc.* „(D)ici non potest“. *Expl.* „de fine libri etc.“

p) 134ª—143ᵇ Soliloquia **beati Augustini** de ineffabili dulcedine dei cum ordine capitulorum. *Inc.* „(A)gnoscam te“. *Expl.* „ad beatissimam trinitatem. Explicit liber soliloquiorum Augustini cum ordine capitulorum eiusdem sub anno domini M°CCC°.“

q) 144ª—148ᵇ Soliloquium **Augustini** de arrha animae. *Inc.* „Soliloquium de arra anime“. *Expl.* „die ac nocte etc.“

r) 148ᵇ—155ᵇ **Augustinus** de fide ad Petrum. *Inc.* „Epistolam filÿ Petri“. *Expl.* „illi deus revelavit etc. Explicit liber de fide ad Petrum Augustini doctoris egregÿ.“

s) 156ª — 170ᵇ **S. Anshelmi** liber, cur deus homo, cum prologo. *Inc.* „(O)pus subditum propter quosdam“. *Expl.* „qui est benedictus in secula amen.“

t) 170ᵇ **Anshelmi** tractatus de inimicis diligendis. *Inc.* „(B)onus homo de omnibus“. *Expl.* „minavit de paradiso.“

u) 171ᵃᵇ Tractatus **Anshelmi** de deploratione amissae virginitatis. *Inc.* „Anima mea, anima erumpnosa“. *Expl.* „in secula seculorum amen.“

v) 171ᵇ—175ª **Anshelmi** liber de libero arbitrio. *Inc.* „(Q)uod potestas peccandi“. *Expl.* „de ipsis interrogare.“

w) 175[a]—182[b] **Anshelmi** liber de concordia praescientiae praedestinationis et gratiae et liberi arbitrii. *Inc.* „(D)e tribus illis“. *Expl.* „petentibus impendere.“

x) 182[b]—203[b] **Anshelmi** liber de similitudinibus. *Inc.* „(V)oluntas tripliciter“. *Expl.* „quantum volunt etc. Explicit liber venerabilis Anshelmi de similitudinibus Cantuariensis archiepiscopi finitus sub anno domini M°CCC° in anno Iubileo in vigilia Penthecostes etc.“

y) 204[a] — 206[a] **Isidorus** de norma vivendi. *Inc.* „(A)ge fili, quod oportet“. *Expl.* „didicisti percepcione.“ (206[b] Vacat.)

z) 207[ab] De carne contra spiritum per contemplationem elevato tractatus. *Inc.* „Carnem contra“. *Expl.* „regno amen.“

aa) 207[b]—208[a] De praedestinatione christiani. *Inc.* (S)i de predestinacione“. *Expl.* „ego servus eius sum“. (208[b]—209[a] Vacant.)

bb) 209[b] Fragmentum cuiusdam edicti Episcopalis ad clerum Scepusiensem dati de iis, qui maiori excommunicatione excommunicati sunt.

cc) 210[a]—219[b] **Bernhardus** de conscientia et contemplatione cum ordine capitulorum. *Inc.* „(C)onsciencie, in qua perpetue“. *Expl.* „in secula seculorum amen.“

dd) 220[a]—230[b] Libellus de imagine vitae. *Inc.* (F)lecto genua mea“. *Expl.* „in secula seculorum amen.“

ee) 230[b]—233[b] et 204[b]—205[a] Fragmentum cuiusdam „tractatuli boni“ theologici. *Inc.* „Volens“. *Expl.* „in secula seculorum.“ (234[ab] vacant.)

ff) 235[a]—301[b] **Orosii** doctoris super cantica canticorum liber. „Sigillum sanctae Mariae virg.“ inscriptus. *Inc.* „Donum sapiencie cum Salomone“. *Expl.* „gracias agamus amen.“

gg) 301[b]—307[b] Additamenta ad cantica Orosii. *Inc.* „Benedicta semper“. *Expl.* „Contentum sumat.“

hh) 308[a]—432[b] Sermones **Joannis Sylvani Publicani.** *Inc.* „Inspicie et fac“. *Expl.* „talento dampnari. In vigilia Epiphanie fecit finem huic operi transactis ab incarnacione domini annis M°CCCC°IX° regnante domino nostro Jesu Christo, cui sit laus per infinita secula amen.“

ii) 432[b] **Clemens pontifex** I. de quadragena.

kk) 433[a]—444[b] Fragmenta ex scriptura sacra cum annotationibus germanicis coaevis. *Inc.* „Egressus Iesus“. *Expl.* „in communi resurrectione.“ (Cum notis marginalibus germanicis.)

ll) 445[a] — 491[b] **Ulrici** cuiusdam ut videtur (vide fol. 481[b]) liber de sacramentis cum commentario. (Finis deest). *Inc.* „(O)mnem scienciam et omnem doctrinam“. *Expl.* „facit contra dei . . . .“

In utroque tegumine fragmenta cuiusdam codicis saec. XV. scripturam sacram exhibentis adglutinata sunt.

In folio 96[a] legitur a manu saec. XV. scriptum: „Iste liber est domini Johanni plebanis in Lewbitcz Tarank. (?)“

III. Codices Latini saec. XV.

51.

Cod. chart. saec. XV. in fol. 376.

a) 1^{a}—375^{b} Sermones in s. evangeliis. (Init. deest.) *Inc.* „Joseph non desponsacione futuras“. *Expl.* „ac salutis eterne amen.“

b) 376^{ab} Vacant. In fol. 376^{b} leguntur quaedam notae de provenientia codicis, nempe:

„Liber iste pertinet conventui de Lellez anno domini millesimo quadringentesimo decimo quarto. (Manus alia add.:) Organista depinxit. Reverendissimus dominus Benedictus Kornys episcopus Driwasthensis . . . ante praepositus de Lellez.“ (Cum insignibus. Benedictus Kornys a. 1512. fuit episcopus Drivastensis.)

52.

Cod. chart. saec. XV. fol. 271.

a) 1^{a}—225^{a} **Jacobi de Forlivio** quaestiones in primum et secundum librum Galeni. *Inc.* „Circa libros tegni Galieni“. *In fine:* „Expliciunt questiones super primo libro Tengni per egregium arcium et medicine doctorem monarcam magistrum Jacobum Delature de Forlivio Padue compositae et scriptae anno domini 1407.“

b) 225ª—267ᵇ Eiusdem quaestiones in librum tertium. *Inc.* „Queritur primo circa tercium“. *Expl.* „pro isto est dicendum.“ (Reliqua desunt.)

c) 268ª—269ᵇ Vacant.

d) 270ª—271ᵇ Tituli quaestionum primi libri **Tegni Galieni** magistri **Jacobi de Forlivio**. *In fine legitur:* „Expliciunt questiones et tituli questionum egregii viri et doctoris eximii magistri Jacobi de Furlivio, scripte per me Johannem Rannher de Patavia famulum magistri Hermanni Haÿm de Rattenburga arcium et medicine doctoris et alme universitatis Wiennensis rectoris. Anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo 2°, sabatho ante Lucie.“ Sequuntur quaedam notae de Hermanno Haym.

Codex a. 1640. collegii soc. Jesu Sopronii.

53.

Cod. chart. saec. XV. binis columnis exaratus. fol. 311.

a) 1ª — 79ᵇ (Initium deest.) Tractatus de corpore Christi. *Inc.* „Corpus Christi veritas est“. *Expl.* „cordibus nostris etc. Explicit libellus, qui est compilatus sub anno domini millesimo CCCLXXXVIII. utpote d. IIII. c. primo, tractatus eiusdem, per devotissimum magistrum Mathiam studii Pariziensis necnon bacc. sacre theologie.“

b) 80ª—81ª Tractatus de regimine propriae personae. *Inc.* „Quoniam ut apostolus“. *Expl.* „beate virginis matris dei.“

c) 81ᵇ—82ᵇ **B. Augustini** liber de honestate mulierum. *Inc.* „Nemo dicat“. *Expl.* „ab omni malo amen.“

d) 82ᵇ—84ᵇ **B. Augustini** liber de contemptu mundi ad clericos. *Inc.* „Audite fratres“. *Expl.* „secula seculorum amen.“

e) 84^{b}—86^{a} **B. Augustini** liber de formula honestae vitae. *Inc.* „Petis a me“. *Expl.* „gloria mea in domino amen.“

f) 86^{a}—89^{a} **B. Augustini** liber de disciplina christiana vel doctrina. *Inc.* „Locutus est ad nos“. *Expl.* „ad dominum amen.“

g) 89^{b} — 92^{a} **B. Isidori** liber de norma vivendi. *Inc.* „Age fili ut“. *Expl.* „didicisti perceptione.“

h) 92^{a}—97^{a} **Augustini** liber de duodecim abusionibus saeculi. *Inc.* „Duodecim sunt“. *Expl.* „in futuro amen. Explicit liber Augustini de XII abusionibus seculi per manus Nicolai Bartholomei de de *(sic)* Frewdental etc. anno domini 1413.“

i) 97^{b}—98^{b} Vacant.

k) 99^{a} — 202^{b} Tractatus de sacramentis. *Inc.* „Non est opus“. *Expl.* „sed reprobacio“ . . . (Finis deest.).

l) 203^{a}—283^{b} Opus de decem praeceptis. *Inc.* „Omnibus diebus“. *Expl.* „in sexto precepto, et sic est finis horum preceptorum deo gratias.“ (Cum marginalibus germ.)

m) 284^{a} — 287^{a} (Init. deest.) **Richardi** opus de interiore homine. *Inc.* „aliter vero oculi“. *Expl.* „demonstrare. Explicit Rychardus de interiori homine.“

n) 287^{a}—306^{a} Magistri **Hugonis** paradisus animae. *Inc.* „Sunt quedam vicia“. *Expl.* „secula seculorum amen.“

o) 306^{b}—309^{b} Oratio dominica cum commentariis. *Inc.* „Pater non dominus“. *Expl.* „affectu dicenda est. Explicit opus per manus Nicolai de ffrewdental sub anno domini M^{o}CCCC^{o} 12^{o}.“

p) 309^{b} — 311^{b} Tractatus de arte moriendi. *Inc.* „Si veraces“. *Expl.* „laudabiliter observatur. Explicit tractatus de arte moriendi per cancellarium Parisiensem editus; volumen Vallis s. Anthonii in Lechnicz Carthusiensis ordinis anno domini M^{o}CCCC^{o} XLV^{o}.“

q) 311[b] Notae de invenienda littera dominicali et de numero aureo.

In tegumine posteriori notae a manu saec. XV. scriptae de medicamentis contra varios morbos adglutinatae sunt.

Codex olim monast. Lechnitzensis Carthusianorum.

54.

Cod. chart. saec. XV. fol. 210.

a) 1[a]—76[a] (Initium deest.) Opus de decem praeceptis. *Inc.* „. . . incarnatus pro salute“. *Expl.* „Expliciunt decem precepta sub anno domini millesimo CCC° XIII°. amen solamen.“

b) 76[b] — 77[b] Fragmentum de mala cogitantibus in cordibus suis. *Inc.* „Ut quid cogitatis“. *Expl.* „tu autem domine miserere nobis.“

c) 78[ab] Vacant.

d) 79[a] — 83[b] Glossa in vulgari (germanica lingua) super canticum. *Inc.* „Osculetur me“. *Expl.* „et cetera das.“

e) 83[b]—87[b] Tractatulus de usura. *Inc.* „Dicturi de usuris“. *Expl.* „sicut scis et cetera.“

f) 88[ab] Vacant.

g) 89[a]—135[b] Tractatulus XV. libris comprehensus de diversis consolationibus et de consolatione theologiae. *Inc.* „Quoniam secundum“. *Expl.* „insidias attingi.“

h) 136[ab] Vacant.

i) 137[a] — 209[b] Compendium magistri **Conradi Ebraco** de confessione ac aliis requisitis. *Inc.* „Superbia est ut“. *Expl.* „Explicit compendium magistri Conradi Ebraco ordinis Cisterciensium de confessione ac aliis quo requisitis, et est completum sub anno domini M° CCCC° XIII. in vigilia Penthecosten, hora quasi decima.“

k) 210[ab] „Continentia huius voluminis“ et varia fragmenta.

Codex olim monasterii Lechnitzensis Carthusianorum.

55.

Cod. chart. saec. XV. fol. 123.

a) 1[a]—47[a] **B. Isidori** libri de summo bono. (Init. mutilum.) *Inc.* „similitudinis appellatus est“. *Expl.* „letificandos includit amen.“

b) 47[a]—48[b] „Incipit visio eiusdem fratris Isidori de summo bono.“ *Inc.* „Fuit quidam frater“. *Expl.* „dei et tui nominis Jesu Christe.“

c) 48[b]—60[a] **B. Augustini** episcopi tractatus ad matrem de modo vivendi. *Inc.* „Noverit dulcissima caritas“. *Expl.* „per infinita secula seculorum.“

d) 60[a] — 67[a] „Incipit liber **B. Augustini** de decem cordis *(sic)*. *Inc.* „Dominus et deus noster“. *Expl.* „ibi invenimus amen.“

e) 67[b]—71[a] **B. Augustini** speculum peccatoris. *Inc.* „Quoniam karissimi in via“. *Expl.* „Qui est in secula benedictus amen.“

f) 71[ab] Speculum animae magistri **Heynrici de Hassia.** *Inc.* „Anima mea novi“. *Expl.* „regnum coelorum et non“. (Nonnulla folia desunt.)

g) 72[a] — 73[a] (Init. deest.) **B. Isidorus** de norma vivendi. *Inc.* „ne erubescas loqui quod“. *Expl.* „quod didicisti perceptione.“

h) 73[a]—82[b] Tractatulus de lucta rationis et conscientiae. *Inc.* „Multorum tam clericorum“. *Expl.* „Et est finitus in vigilia trinitatis anno domini 1417.“

i) 82[b]—85[a] Tractatulus de quatuor instinctibus. *Inc.* „Semen cecidit in terram“. *Expl.* „secura erit conscientia.“

k) 85ᵇ—88ᵃ Tractatus de quatuor temporibus, de septuagesima, quadragesima, quinquagesima et de rogationibus. *Inc.* „Ieiunia quatuor temporum a Calixto“. *Expl.* „devote debemus.“

l) 88ᵇ — 93ᵇ Tractatus de officiis sacerdotum. *Inc.* „(Q)uasi stella matutina“. *Expl.* „et spiritus sanctus amen.“

m) 94ᵃ—105ᵃ **Hugonis de S. Victore** liber de bono conscientiae. *Inc.* „Domus haec in qua“. *Expl.* „vel ubi nescire.“

n) 105ᵇ—107ᵇ **B. Augustini** liber de dulci ammonitione animae. *Inc.* „Anima mea si vis“. *Expl.* „quam celescium (*corr. in marg.:* terrestrium) occupacione.“

o) 107ᵇ — 111ᵇ **Augustini** liber de salute animae. *Inc.* „Quoniam in medio laqueorum“. *Expl.* „ut amem deum meum.“

p) 111ᵇ—123ᵇ **B. Augustini** liber soliloquiorum animae de ineffabili dulcedine dei. *Inc.* „Agnoscam te domine“. *Expl.* „me dum cognovi te.“ (Fol. 123. mancum, reliqua desunt.)

Codex olim monasterii Lechnitzensis Carthusianorum.

56.

Cod. chart. saec. XV. binis columnis exaratus fol. 257.

a) 1ᵃ—114ᵇ **Jacobi Alexandrini** postilla quadragesimalis. *Inc.* „Filia populi mei induere“. *Expl.* „parce servo tuo. Explicit Jacobinus de quadragesima.“

b) 115ᵃ—249ᵃ **Wilhelmi Parisiensis** summa epistolarum dominicalium. *Inc.* „Hora est iam nos“. *Expl.* „omnibus alienis. Explicit summa epistolarum edita per magistrum Wilhelmum venerabilem cancellarium studii Parisiensis, scripta per Martinum de Ostravia

anno domini M°.CCCC°.XVIII°. Sabbato post festum Iohannis Baptiste."

c) 249ª—252ª Legenda in singulis feriis. *Inc.* „Romanos XVIII". *Expl.* „hoc facere presumit."

d) 252ª—255ᵇ Summa de processu iudicii. *Inc.* „(A)ntequam dicatur de processu". *Expl.* „sub compendio dicta sufficiunt."

e) 256ª Vacat.

f) 256ᵇ—257ᵇ „De sancta Katherina quomodo ipsa fuit concepta (ista leguntur in libris annalibus sive cronicis Romanorum, quod idem est.)" *Inc.* „Costos fuit pater". *Expl.* „post hoc sequitur legenda."

g) 257ᵇ Notabilia bona continentia interpretationem germanicam quarundam expressionum latinarum. *Inc.* „Abstractum eyn aws czog der materien". *Expl.* „Intellectus speculations wmvirkynde vornumft". (Reliqua desunt.)

Codex olim monast. Lechnitzensis Carthusianorum.

57.

Cod. chart. saec. XV. *exeun.* 4°. 375.

a) 1ª—2ᵇ Vacant. Fol. 1ª post quasdam notas legitur: „una marca" (forsitan pretium voluminis.)

b) 3ª—370ª **Iohannis de Balbis** (de Ianua) Catholicon seu nomenclator (continens litt. A—D). *Inc.* „Alma interpretatur virgo". *Expl.* „veste gratie supplicandum. Sequitur de ista littera E. etc."

c) 370ᵇ—375ᵇ Vacant.

In tegumine exteriori legitur a manu saec. XV. scriptum: „Lechnitza carthusiensibus fratribus." Codex postea monasterii Elephantensis ord. s. Pauli.

58.

Cod. chart. saec. XV. 4°. 220.

a) 1ª—218ª **Iohannis de Balbis** (de Ianua) Catholicon seu nomenclator (continens litt. E—K). *Inc.* „Ecclesia convocacio“. *Expl.* „eleyson miserere. Et istam particulam Katolicon ego Paulus finivi Struberge in camera inferiori in scolis die dominico in festo Allexi sub anno domini M°.CCCC°.XVIII°.“

b) 218ᵇ—220ª Vacant.

c) 220ᵇ Fragmentum de Eucharistia.

59.

Cod. chart. saec. XV. fol. 292.

a) 1ª Index codicis. (1ᵇ vacat.)

b) 2ª—61ª Liber pastoralis **sancti Gregorii** papae scriptus ad Iohannem Ravennatem. *Inc.* „Pastoralis cure me“. *Expl.* „dare permisisti amen.“

c) 61ª — 142ª **Sancti Gregorii** papae Dialogorum libri quatuor. *Inc.* „(Q)uadam die“. *Expl.* „Expliciunt IIII°ʳ libri dialogorum beati Gregorii pape sub anno domini CCCCXX° sabbato ante festum sancti Luce evangeliste.“

d) 142ᵇ Vacat.

e) 143ª—223ᵇ **Beati Augustini** sermones seu liber quinquaginta homiliarum. *Inc.* „Notans genus humanum“. *Expl.* „explicit liber quinquaginta omeliarum beati Augustini sub anno domini millesimo CCCC°XX°.“

f) 223ᵇ — 231ᵇ Tractatus contemplationis. *Inc.* „(C)onfitebor tibi“. *Expl.* „exemplis est informatio.“

g) 231ᵇ—255ª **Innocentii III.** liber de miseria humanae conditionis. *Inc.* „Domino patri . .“. *Expl.* „ardens in secula seculorum.“ Fol. 255ᵇ sequitur regestrum tertii libri et nota de auctore operis.

h) 255[b] — 266[a] **B. Augustini** liber contemplationum sive de salute animae. *Inc.* „Quoniam in medio“. *Expl.* „occupatione delectantur amen.“

i) 266[a]—269[b] Tractatus geographicus de imagine mundi. *Inc.* „Tres sunt partes“. *Expl.* „breviter expedita.“

k) 269[b] Figura domini nostri Jesu Christi. *Inc.* „Legitur in libris annalibus“. *Expl.* „naturam secuti sunt.“

l) 270[a]—291[a] **Hugonis** tractatus de custodia virginitatis libri duo ad socium volentem nubere. *Inc.* „Semper quidem frater“. *Expl.* „in domino Iesu Christo.“

m) 291[b]—292[b] Vacant.

Codex olim monasterii Lechnitzensis Carthus. Scriptus ab Johanne quodam, qui fol. 61 ante prologum in Gregorii libros dialogorum haec de se memoriae tradidit: „Jo huius est prima, han secunda, nesque suprema, Qui hoc scribebat trisyllabum nomen habebat.“

60.

Cod. chart. saec. XV. fol. 162.

a) 1[a]—73[b] **Petri Lombardi** sententiarum liber quartus cum commentario. (Primum folium deest.) *Inc.* „Christi in quo“. *Expl.* „fient in die iudicii.“

b) 74[ab] Vacant.

c) 75[a]—162[a] **Petri Lombardi** sententiarum liber quartus cum alio commentario. *Inc.* „Samaritanus enim vulnerato“. *Expl.* „retropensacione omnis matrimonii“. (Deest folium.). *In fine:* „Explicit liber quartus sententiarum in vigilia beati Martini episcopi et confessoris sub anno domini millesimo quadrincetesimo (!) vicesimo quarto per manus cuiusdam Nicolai de Lisacow alias de Radlino clerici Cracoviensis dyocesis.“

In fol. 162ª legitur: „Iste liber comparatus est domino Sulislao predicatore tunc temporis in Iaslo predicanti, et taxa ipsius in summa due marce absque ligacione et continet in se sexternos quindecim. Actus et datus in fryeustat vel quasi in domo sanctifici viri Swauthoslaÿ rectoris scholarum sub anno quo supra."

Olim monasterii Lechnitzensis Carthusianorum.

61.

Cod. chart. (cum fol. membr.) saec. XV. binis columnis exaratus. fol. 172.

a) 1ª—171ᵇ Sermones sancti evangelii (Initium deest.). *Inc.* „. . omnes mulieres". *Expl.* „.. ad quod perducat etc."

b) 172ᵃᵇ Notae de s. Margaretha filia Theodosii patriarchae. *Inc.* „Margaretha dicitur a quadam". *Expl.* „dilacerant."

In teguminibus fragmenta orationis germ. saec. XV. ad beatam Mariam virginem adglutinata sunt. *Inc.* „Du allersüsste jungfraw Maria . . ."

In fol. 171ᵇ legitur: „Andree est liber iste anno domini 1427°." Item in tegumine priori: „Iste liber est domus vallis sancti Anthonii prope Lyechnycz ordinis fratrum Carthusiensium 1427."

62.

Cod. chart. saec. XV. fol. 197.

a 1ª — 22ᵇ (Initium deest.) Liber dialogorum. *Inc.* „Cunctis videntibus repente". *Expl.* „Et sic est finis istius libri dyalogorum, et est finitus scripture per Iohannem Vite de Llabischin vicarium tunc temporis in Ilkus hora XXI. sub anno nativitatis domini millesimo CCCC. XL. et tunc scribebatur aureus numerus 16, littera dominicalis bissexti CB . . . . indictione 3. in die sancti Francisci."

b) 23ª—28ᵇ **B. Augustini** liber de vita christiana. *Inc.* „Ego Augustinus primus peccator“. *Expl.* „Explicit liber beati Augustini de vita christiana anno domini millesimo CCCC. XL. feria VI. proxima post festum beati Andree hora XIX. in domo domini plebani in Ilkus per Johannem de Llabischin scriptus.“

c) 29ª—30ª Fragmenta de deo, de Iesu Christo, de b. Maria virg.

d) 30ª—35ª Epistolae **b. Hieronymi** ad Vigilaneum, ad Nepotianum, ad Heliodorum. *Inc.* „Ecce autem asserit“. *Expl.* „eius causa decet domino.“

e) 35ᵇ—36ᵇ Vacant.

f) 37ª—71ᵇ **B. Gregorii** papae libri pastorales. *Inc.* „Imperiti ne venire ad“. *Expl.* „ex hiis, que dicta sunt“ etc. In fine „Johannes Smyalka finivit Petri filius de Costan“; fol. 64ᵇ autem „Per me Johannem de Costan ab Smyaly (*sic ex* Smylka.)“

g) 72ª—99ª Orationes in concilio Basiliensi habitae. *Inc.* „Deus in adiutorium meum intende“. *Expl.* „in concilio Basiliensi celebrata 1433.“

h) 99ᵇ — 100ª Notae de bonis temporalibus. (100ᵇ vacat.)

i) 101ᵃᵇ Gaudia sanctorum in coelis. *Inc.* „Et notantur hic gaudia“. *Expl.* „domini XII menses etc.“

k) 102ª—197ᵇ **S. Thomae** quodlibetum (Finis deest.). *Inc.* „Quesitum est de deo“. *Expl.* „In contrarium est quod nullus . . .“

In tegumine fragmentum codicis saec. XIV. continens bibliam sacram adglutinatum est.

In tegumine priori leguntur hae notae a manu saec. XV. scriptae: „Pro magistro Mathia de Cobilino professore.“ Inferius: „Hic liber datus est domui vallis sancti Anthonii prope Lechnicz Carthusiensis ordinis ab egregio doctore Mathia de Cobilino anno domini 1490.“

63.

Cod. chart. saec. XV. binis columnis exaratus. fol. 559. cum init.

a) 1ª — 558ª (Init. deest.) **Iohannis de Ianua** (de Balbis) prosodia et catholicon (universale). *Inc.* „.. finitur autem omnes“. *Expl.* „idest sucie vide in M. Explicit universale Johannis de Janua fratris de ordine predicatorum; et est finitum in Zglobuci in metis Eusie 1444. per manus Swanthoslai dicti Uawosch filium Urbani de Crzyzanow per pecuniam autem Michaelis Venceslai de Conyn. Sabbatho proximo post Elyzabeth festum sub anno domini millesimo quadricentesimo quadragesimo quarto. etc. Michule pros: zaswanthea boga crista.“

b) 558ᵇ—559ᵇ Vacant.

Codex olim monasterii Lechnitzensis Carthusianorum.

64.

Cod. chart. saec. XV. 4°. 326.

a) 1ª—13ᵇ Notae et lectiones ad varia festa; notae super sanctis et verbis evangelii.

b) 14ª—18ᵇ Tractatus de vera amicitia. *Inc.* „Venerabiles patres magistrique“. *Expl.* „ad alta presumptuosus cadit.“

c) 19ª—20ª Vita s. Burchardi. *Inc.* „Fuit quedam abbatissa“. *Expl.* „dominum in sanctis suis.“ (20ᵇ—21ª vacant.)

d) 21ᵇ—33ᵇ Tabulae chronologicae de a. 1444. ad a. 1519., calendarium generale et tractatus ad usum tabularum necessarius. *In fine:* „Et sic est finis harum tabularum de quo sit Ihesus Christus benedictus in seculus (!) anno 1448. Crac. infra octavas visitationis beate Marie etc.“

e) 34ª—57ᵇ Commentaria ad versus morales. *Inc. versus:* „Cartula nostra mandat tibi“. *Expl.* „optusit nos in cogitando.“

f) 58ª—77ᵇ **Prosperi Aquitani** liber de vita contemplativa. *Inc.* „Iste Prosper fuit Equitanicus“. *Expl.* „Explicit liber Prosperi feliciter, ingrossatus per Wenceslaum anno determinationis eius in gradus artium Finitus feria secunda in ad vincula Petri, donum M.CCCC.XLVI°. libro Parisius allato scriptus Crac.“

g) 78ª—137ª **Pseudo Ovidii** de vetula, cum praefatione Leonis protonotarii sacri palatii Byzant. *Inc.* „Ovidius Naso“. *Expl.* „Et sic finit Ovidius de vetula feria secunda post iudica etc. anno domini M°.CCCC.XLIV° Crac.“ (Inter fol. 133 et 134 duo folia evulsa sunt.)

h) 137ᵇ—142ᵇ Doctoris cuiusdam sacrae theologiae Palaestra cum prooemio. *Inc.* „Sceptritentis aiat solers mea Clio palestram“. *Expl.* „ferox circilio peltis.“ (In fine aliquot folia deesse videntur.)

i) 143ª—148ª In **Petri Lombardi** quartum librum sententiarum Registrum sententiarum secundum distinctionem et terminum alphabeti.

k) 148ᵇ—149ᵇ Vacant.

l) 150ª — 154ª Disticha de creatione etc. (ad opus sequens pertinentia). *Inc.* „A domino factus“. *Expl.* „karitas tua per sacramenta “

m) 154ª Brevis quidam index in **Petri Lombardi** quatuor libros sententiarum.

n) 155ª—213ª **Petri Lombardi,** libri quatuor sententiarum. *Inc.* „(A)d preces scholarum dum essem“. *Expl.* „duabus alis volabat. Et sic est finis huius libri sententiarum. i. libelli de materia sententiarum editi continentis in se omnes distinciones cum conclusionibus quatuor librorum sententiarum, et fert breviter totam materiam libri sententiarum post quo *etc.* et est manufecta die sabbati in undecim milia virginum hora

24. Crac. per Wenceslaum in loco Misziae anno domini M°.CCCC°.XLVII°." (Sequuntur notae.) Vide registrum huius operis sub littera *i*).

o) 213ᵇ—235ᵇ **Marci Bonifilij** sermones I. de conceptione gloriosissimae virginis Mariae (*Inc.* „Liber generationis..". *Expl.* „erat subditus illis.") II. de assumptione b. virg. Mariae (*Inc.* „Veni de Libanon veni". *Expl.* „beata dei genitrix.") III. de annunciatione b. Mariae virg. (*Inc.* „(D)e ypostatica unione". *Expl.* „et leticia audiamus."); ex quorum numero sermo secundus et tertius collectus et peroratus est Cracoviae.

p) 236ᵃ—264ᵃ Quaestio de conceptione b. Mariae virg. edita et disputata per magistrum **Paulum Piczkowski** professorem sacrae theologiae Cracoviae 1447. *Inc.* „Ne respondebo". *Expl.* „hec ille."

q) 264ᵃ Eiusdem **Pauli** ad b. Mariam virg. hymnus. *Inc.* „Ergo cuncti iubilemus". *Expl.* „de hoc purgando (?) Amen."

r) 265ᵃ Fragmentum sermonis de conceptione b. Mariae Virginis. *Inc.* „Nec dum erant abissi". *Expl.* „et pudicum."

s) 265ᵃ—267ᵃ Vacant.

t) 267ᵇ—269ᵇ Sermo de s. Catharina et aliis virginibus. *Inc.* „Salvator noster dominus". *Expl.* „gloriam eternam ad quam etc."

u) 269ᵇ—271ᵇ Sermo in festo omnium sanctorum et apostolorum et martyrum. *Inc.* „Quilibet gestiens". *Expl.* „que et quanti passa sunt etc."

v) 272ᵃ—319ᵃ **Sedulii (Caelii)** collatio veteris et novi testamenti. In initio habetur registrum. *Inc.* „Pascales quicunque dapes". *Expl.* „per tanta volumina libros. Explicit Sedulius scriptus plocis in scola castri per manus cuiusdam Wenceslai pauperis finitus feria quarta ante propane *(sic)* ante festum sancti Johannis Baptiste anno domini 1440."

w) 319^{b}—326^{b} Notae de septem vitiis principalibus, de vitiis sodomiticis, notae et excerpta ex operibus **Celestini papae, b. Augustini** et aliorum. Passim cum interpretatione polonica.

65.

Cod. chart. saec. XV. 4°. 438.

a) 1^{a}—61^{b} Opus de passione domini. *Inc.* „O vos omnes, qui transitis“. *Expl.* „Passioni. Passio hec per me **Bartholomeum de Monstriberg** quondam predicatorem in civitate Leotschaw conscripta et predicata, peto lectorem etc. Anno domini M°CCCC°LIIII° in die S. Germani.“

b) 62^{ab} Notae de morte, de verbis s. Augustini etc.

c) 63^{a}—71^{b} Duo sermones de resurrectione domini cum vocabulis germanicis textui latino insertis. *Inc.* „Refloruit caro mea“. *Expl.* „Cristus surrexit. Anno etc. LVI°.“

d) 72^{a}—112^{b} Liber exemplorum secundum ordinem alphabeti. *Inc.* „Antiquorum patrum exempla“. *Expl.* „eiusdem ecclesie possit intrare.“

e) 112^{b}—115^{b} Sermo de corpore Christi. *Inc.* „Memoriam fecit“. *Expl.* „deo gratias et b. Marie virgini.“

f) 116^{a}—157^{a} Exempla quaedam excerpta de libro, qui intitulatur „universale bonum sive apiarius“ continens quatuor tractatus sive partes. *Inc.* „Accidit, quod quidam canonici“. *Expl.* „Tunc feminam dereliquit.“

g) 157^{b} — 162^{a} Registrum eorundem exemplorum secundum ordinem alphabeti. *In fine :* „Et finitum hoc oppusculum anno incarnacionis domini M°CCCC°XLVIII° die Sabbatho ante festum Jacobi apostoli.“

h) 162ª—177ª De sacramento eucharistiae quattuor contemplationes. *Inc.* „Memoriam fecit“. *Expl.* „regnat in sempiternum amen etc. Et ffinitum hoc est opusculum anno incarnacionis domini M°CCCCXL^mo octavo die Sabbato proximo post festum sancte Anne.“ (177ᵇ Nota de laude sanctorum.)

i) 178ª—181ᵇ Sermo de omnibus sanctis. *Inc.* „Laudemus viros gloriosos“. *Expl.* „adimpleri in vobis.“

k) 181ᵇ—182ᵇ Historia templi Pantheon. *Inc.* „Racio quare hec festivitas“. *Expl.* „in sanctis suis deo gracias et marie.“

l) 182ᵇ Unde orta sit haec laudabilis consuetudo orandi pro mortuis. *Inc.* „Respondet Damascenus“. *Expl.* „ad eas intencioni.“

m) 183ª—185ᵇ Sermo de animabus. *Inc.* „Hec commemoracio omnium fidelium defunctorum“. *Expl.* „tempore adventus in civitatibus predicari potest.“

n) 186ª—188ᵇ Sermo de dilectione. *Inc.* „Sepe dominus Iesus interrogatus a legis doctoribus“. *Expl.* „incipit esse amicus dei, ipse mutatus est etiam (!) deus.“

o) 189ª—191ª Sermo secundus de dilectione. *Inc.* „Ex quo deus gloriosus in tantum nos dilexit“. *Expl.* „et conclude.“

p) 191ª **B. Gregorius** de caritate. *Inc.* „Sicut deus“. *Expl.* „sepe labuntur.“

q) 191ᵇ—194ª Sermo tertius de dilectione. *Inc.* „Prehabitum est in sermonibus“. *Expl.* „amat deum. Deo gracias et b. marie.“

r) 194ᵇ Signa divini amoris. *Inc.* „Sciendum que sunt“. *Expl.* „et honorifica sacerdos etc.“

s) 195ª—199ᵇ Sermo primus de dilectione proximi. *Inc.* „Prout ex antedictis“. *Expl.* „in hoc devoto tempore.“

t) 200[a]—203[b] Sermo secundus de dilectione proximi. *Inc.* „In predicacione proxima“. *Expl.* „filius dei in eternum . . . benedictus.“

u) 203[b] — 208[a] Sermo de dilectione inimici; cum prooemio ab alia manu scripto. *Inc.* „Racio ad“. *Expl.* „in secula seculorum.“

v) 208[ab] **Chrysostomus** de dilectione. *Inc.* „Si inimicicie semel“. *Expl.* „et protegit.“

w) 209[a] — 213[a] Sermo alius de dilectione inimici. *Inc.* „Quum ut plurimum hostis et inimicus“. *Expl.* „Orant dominus Iesus etc.“

x) 213[b]—217[a] De dilectione filiorum et parentum; cum prooemio ab alia manu scripto. *Inc.* „Sunt aliqui et multi parentes“. *Expl.* „concedere dignetur.“

y) 217[b]—222[b] De dilectione inter virum et mulierem; cum prooemio ab alia manu scripto. *Inc.* „Ex quo ergo inter virum“. *Expl.* „de amore inter virum et mulierem.“

z) 222[b] De illis, qui ducunt meretrices in uxorem. *Inc.* „Dicit Canon“. *Expl.* „quibus dixit.“

aa) 223[ab] De matrimonio. *Inc.* „Crescite et multiplicamini“. *Expl.* „materiam condependentem.“

bb) 224[a]—228[b] Sermo de optima virtute virtutum caritate. *Inc.* „Dicunt sancti doctores“. *Expl.* „Causa brevitatis.“

cc) 228[b] Notae duae de amore puerorum erga parentes.

dd) 229[a]—233[b] Sermo de novo sacerdote. *Inc.* „Perfice concessus meos“. *Expl.* „fraus in dignitatibus invidia et supplantacio.“

ee) 234[a]—241[b] Sermo alius de novo sacerdote. *Inc.* „Amice ascende superius“. *Expl.* „soror et amica est.“

ff) 241[b]—242[a] De dignitate sacerdotum. *Inc.* „Ipsi enim dicuntur“. *Expl.* „perfice concessus meos.“

gg) 242^{b} — 248^{a} Sermo de angelis. *Inc.* „Angeli eorum semper vident“. *Expl.* „Cui sit honor et laus.“ (248^{b} vacat.)

hh) 249^{a} — 255^{b} Sermo de dedicatione. *Inc.* „Omnia que cum“. *Expl.* „sit laus in eternum Deo gracias et b. Marie. *Lewtschovie predicavi hunc sermonem.*“

ii) 256^{a} **Hieronymus** de oblocutionibus sacerdotum. *Inc.* „Apostolicis viris“. *Expl.* „oblatum recipi potest.“

kk) 256^{b} — 258^{b} Alius sermo de dedicatione. *Inc.* „Post miraculum illuminacionis“. *Expl.* „utque in multis miraculis.“

ll) 259^{a} Fragmentum de Christi incarnatione, *Inc.* „Venit enim“. *Expl.* „venit et rapit vos.“ (259^{b} vacat.)

mm) 260^{ab} Quibus viris docti aut eruditi gratias agere debeant (*Inc.* „Si quis doctus“. *Expl.* „a quibus doctus est.“), et septem orationes ad Iesum Christum brevissimae.

nn) 261^{a}—336^{a} **Guidonis de Monte Rotherii** manipulum curatorum seu opusculum de instructione neophytorum curatorum. *Inc.* „Reverendo in Christo patri ac domino domino Raymundo“. *Expl.* „Et sic est finis, sit laus et gloria trinis amen.“ (277^{ab} vacant.)

oo) 336^{b}—338^{b} Magistri **Albici** experti medici aliorumque partim latinae, partim germanicae notae de pestilentia etc. Notae germ. medicinales: „Von der gestalt des Blutis“ et regulae germanicae in singulis mensibus etc.

pp) 339^{a}—347^{b} Tractatus de septem vitiis in fine mutilus. *Inc.* „Secundum magistrum et doctores“. *Expl.* „sacramentum eukaristie irrevertens.“

qq) 348^{a} — 349^{a} Variae notae ex **Augustino, Paulo, Hieronymo** aliis sumptae de ecclesia, de sacro concilio etc.

rr) 349^{b}—351^{a} Sermo de beata Anna. *Inc.* „Arbor bona fructus“. *Expl.* „de prima parte huius sermonis.“

ss) 351[a]—352[b] Eiusdem auctoris de perversis mulieribus sermo. *Inc.* „Dixi quod in verbis domini". *Expl.* „vitam concedet amen. Anno etc. LVI. coll. in profesto b. Adalberti . . . orat scriptor amen."

tt) 353[a]—356[b] Dialogus pulcher inter magistrum et discipulum. *Inc.* „Discipulus ad magistrum". *Expl.* „cui sit laus in eternum deo gracias et b. Marie. Anno 1456."

uu) 357[ab] **Richardus** quidam de dilectione parentum et filiorum. *Inc.* „Utrum pater carnalis". *Expl.* „primis parentibus." Idem, quod vir magis debet diligere parentem, quam uxorem suam. *Inc.* „Quot (!) propter duas causas". *Expl.* „patriam eternam."

vv) 358[a]—438[a] **Nicolai de Dinckelspiel** (Dinkenpůhel) postilla, praedicata ab eo Wienne et conscripta super oratione dominica. *Inc.* „Siquid pecieritis patrem". *Expl.* „Explicit expositio dominice orationis. etc."

zz) 437[b]—438[a] (in marg. inferiori) **B. Leonis** papae dicta de incarnatione Jesu Christi.

aaa) 438[b] Nota **b. Gregorii** super illo evangelio: „Miserunt Iudei etc."

In tegumine posteriori fragmentum cantionum quarundam latinae nec non germanicae adglutinatum est.

Fol. 2. legitur a manu coaeva scriptum: „Liber domini Bartholomei plebani in Villa-Latina", qui etiam magnam partem codicis exaravit.

66.

Cod. chart. saec. XV. binis columnis exaratus. fol. 331.

a) 1[a]—331[a] Praedicationes super actis apostolorum. *Inc.* „Incipiunt actus apostolorum anno domini M° CCCC. LVII° in die . . . (sic)" *Expl.* „Finis predicationis super actus apostolorum finitus est factus (?) anno domini MCCCCLIX."

Codex olim viri cuiusdam Poloni (vide fol. 60-a), deinde alumnatus Agriensis episcopatus sub cura soc. Jesu.

67.

Cod. chart. saec. XV. 4° 419.

a) 1ª—4ᵇ Cathecismus puerorum. *Inc.* „Primo sacerdos statuat“. *Expl.* „gressus suos. Gloria.“ (Reliqua desunt.)

b) 5ª—15ᵇ Calendarium generale, tabulae chronologicae ad inveniendum cyclum solarem, litteram dominicalem, cisioianus etc.

c) 16ª—419ᵇ Liber precationum, continens hymnos, preces, evangelium, **B. Pauli** ad Romanos et ad Thessalonicenses epistolae, genealogia d. n. Jesu Christi ex evangelio Matthaei et Lucae excerpta et imprimis hymnus in laudem sancti Ladislai regis Hungariae (fol. 408ᵇ), qui incipit „Salve rex benigne“. expl. „tibi laus et gloria amen.“

Fol. 11ª habentur duo circuli, in primo legitur: „Anno domini millesimo CCCC° quinquagesimo nono“. In secundo autem inscriptio sequens: „Iste liber est fratris Vindi (?) de lelez (sic recentior manus, quae in marg. *de lelez* ascripsit, in rasura; a prima manu erat: Thome (?) de . . .) professus ecclesie beati Ewstakii martyris de insula Theth ordinis premonstratensium, qui factus fuit presbiter anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto, et officiavit anno etc. sexto, in dominica septuagesima; et in anno sequenti fuit interfectus Ladislaus strennuus miles filius Johannis waywode de Hiwnyad regni Hwngarie gubernatoris per sugestiones infidelium baronum regni Hwngarie“ etc.

68.

Cod. chart. (cum fol. membr.) saec. XV. fol. 282.

a) 1ª—281ᵇ (Init. deest.) Biblia sacra, continens **libros Geneseos** usque ad **librum Hiobis.** *Inc.* „ei Agar Ysmael“. *Expl.* „senex et plenus dierum.“ (fol. 206ª legitur: „Et cetera rintfleisch, sequitur kalpfleisch.“)

b) 282[ab] Sequuntur tres veritates seu conditiones verae contributionis secundum cancellarium Parisiensem **Iohannem de Gerson**. Sequuntur interrogationes in articulo mortis fiendae per eundem cancellarium.

In tegumine leguntur variae notae a manu saec. XV. scriptae, inter haec: „Ambitus terrae 15.750 miliaria magna. Latitudo ad infimum 5011. miliaria magna et duo stadia.“

In tegumine priori: „Item istum librum comparavi ego Ladislaus Kaczÿnbraÿ in anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo etc.“

Codex olim monast. Lechnitzensis, postea autem monast. Elefanti ord. s. Pauli.

69.

Cod. membr. et chart. saec. XV. binis columnis exaratus. 4°. 104.

a) 1[ab] et 104[ab] Fragmentum codicis membr. saec. XIV. prooemium quoddam continens.

b) 2[a]—103[b] Biblia utriusque foederis abbreviata et compendiose edita. *Inc.* „In principio creavit deus“. *Expl.* „vobis amen. Et sic est finis per dei gratiam amen. Explicit iste liber per manus fratris Michaelis fratrum heremitarum sancti Pauli primi heremite. Anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo. Jesus. Maria.“

Fol. 2[a] legitur a manu saec. XVII. „Est conventus Rhemetensis. J. 26.“

70.

Cod. chart. saec. XV. fol. 201.

a) 1[a]—27[a] Libellus sive tractatus de confessione in quatuor partes divisus: 1. De confessoribus. 2. De confessionibus. 3. De interrogationibus in confessione faciendis. 4. De poenitentiis iniungendis. *Inc.* „Ad utilitatem eorum“. *Expl.* „Finitus de confessione libellus

sive tractatus anno domini 1433. feria quinta post Magdalene beate festum Crac. in bursa iuristarum per Johannem de Pelhrzimow."

b) 27ª—38ᵇ Sequitur alius tractatus de confessione. *Inc.* Quoniam fundamentum et ianua". *Expl.* „et conscientiam puram." (7 vel 8 folia desunt.)

c) 39ª—158ᵇ (Init. deest.) Sermones in s. evangeliis. *Inc.* . . . „videatur. De hiis". *Expl.* „facte sunt ad messem."

d) 159ᵃᵇ Vacant.

e) 160ª—199ª Sermones **B. Augustini** episcopi ad heremitas. *Inc.* „Cupio vos scire". *Expl.* „Expliciunt sermones beati Augustini doctoris episcopi ecclesie Ypponensis per fratrem Stanislaum Moravum de Olomutz anno domini etc. millesimo CCCCº LXIIIº.VIIº kal. Septembris."

f) 199ᵇ—201ª Epistola **B. Augustini** ad Victorianum presbyterum. *Inc.* „Suo dilectissimo et". *Expl.* „si scripturas eius intentissime legeritis."

Codex videtur olim Monasterii Lechniczensis fuisse.

71.

Cod. chart. saec. XV. fol. 85.

a) 1ª—76ᵇ **Guidonis de Columpna** Historia Troiana. *Inc.* „(Li)cet quotidie vetera". *Expl.* „(nunc alia manus addit:) Quod quidem opus factum est anno dominice incarnacionis millesimo ducentesimo octuagesimo septimo, eiusdem primae indictionis, feliciter amen. Explicit hoc opus octavo die ascensionis domini. Quod fecit fieri magnificus et egregius dominus Ladislaus de Egerwara gubernator episcopatus Waradiensis. Per me Matheum de Stara Anno domini Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo quinto. Anno et cetera."

b) 77ᵃ—78ᵇ Epistola **Iohannis** presbyteri, qui dicitur rex regum, ad Emanuelem gubernatorem Romanum. *Inc.* „(P)resbiter Iohannes potentia“. *Expl.* „sicut in greculis tuis. Et sic est finis huius epistole.“

c) 78ᵇ—79ᵇ Treuga Amire zultani cum Iohanne de Hunyad, a. 1451. *Inc.* „(D)ei gratia. Ego“. *Expl.* „Anno a principio mundi sex milia et nonagentesimo et sexagesimo.“

d) 80ᵃ—85ᵇ Vacant.

Codex olim conv. Lauretani in Hung. ord. serv. b. M. virg.

72.

Cod. chart. saec. XV. 4°. 188.

a) 1ᵃ—18ᵇ Tractatulus cuiusdam fratris ordinis Carthusiensis de eo, quomodo homo et maxime religiosus tendere debeat ad perfectionem, hoc est ad unam veram perfectam et spiritualem caritatem erga proximos. Praecedit brevis index. *Inc.* „Ecce quam bonum et quam“. *Expl.* „in eo fuerint radicati etc.“

b) 19ᵃ—32ᵇ Eiusdem ut videtur auctoris tractatulus de vera et falsa caritate inter fratres in unum habitantes. *Inc.* „Omnibus nostris virtutibus“. *Expl.* „per infinita s. s. amen.“ Praecedit brevis index.

c) 33ᵃ—75ᵇ Eiusdem auctoris tractatulus de peccatis caritati contrariis, scilicet impatientia, ira, invidia et odio ac suis filiabus atque nepotibus. *Inc.* „Visum est aliquantulum de vera“. *Expl.* „deus per infinita secula seculorum benedictus amen.“ Fol. 33ᵃᵇ praecedit index.

d) 75ᵇ—97ᵇ Eiusdem, ut videtur, auctoris tractatus de suspicionibus, et initium praedictorum vitiorum est suspicio, quam suggerit spiritus mendax cordibus religiosorum. *Inc.* „In praedictorum quatuor vitiorum“. *Expl.* „quod nobis donare dignetur.“ Praecedit index.

e) 97^{b}—155^{a} Eiusdem auctoris tractatus de eo, quod sola discretio religiosis summe necessaria perducit sine errore ad perfectionem et finem bonum. *Inc.* „(B)onum est sal luce.“ *Expl.* „de presenti etc. Explicit hoc opusculum anno domini millesimo sexagesimo septimo (*sic,* idest: 1467) feria sexta post octavam corporis Christi per fratrem Matheum Monachum carthusiensis ordinis professum in Leweld monasterio.“ etc. (155^{b} vacat). Praecedit index.

f) 156^{a}—176^{b} Tractatulus de sacramento corporis Christi, qui ut fertur editus fuit a quodam monacho ordinis Carthusiensis in maiori domo Carthusiae. *Inc.* „Venite ad me omnes“. *Expl.* „nec ineffabilia dicenda.“ (Fol. 156^{a} index operis.)

g) 177^{a} — 178^{a} Epistola **B. Columbani** abbatis de contemptu mundi.“ *Inc.* „O tu vita quantos decepisti“. *Expl.* „regnat in secula seculorum amen.“

h) 178^{a}—182^{b} Tractatulus **B. Bernhardi** abbatis de oculo cognitionis et dilectionis. *Inc.* „Wlnerasti cor meum soror mea“. *Expl.* „et seculum per ignem amen.“

i) 183^{a}—188^{b} Vacant.

73.

Cod. chart. saec. XV. 8. I° et 402.

a) I^{ab} Notae de provenientia codicis, et variae. „Virtutes agni dei seu agnus dei modo infrascripto confecti.“

b) 1^{a}—38^{b} Rubrica Strigoniensis continens notas in singulis festis anni. *Inc.* „Nota rubrica de adventu“. *Expl.* „dominicam: Vidi donum.“

c) 39^{a} — 57^{b} Tractatus de arte moriendi. *Inc.* „Cum de presentis exilii“. *Expl.* „mors occupat mori discat.“

d) 58ª — 60ª (manu saec. XVI. scriptum) Nota de symbolo maiori quando cantari aut legi debeat ex collectali maiori capituli Scepusiensis scripta. In fine: „et sic est finis 1517.“

e) 60ᵇ Notae de constitutionibus synodalibus sequentibus a. 1460 editis, et de editore earum **Johanne Stock** praeposito Scepus. et physico Sigismundi regis Hung.

f) 61ª — 78ᵇ Constitutiones synodales editae per **Joannem Stock** art. et medic. doctorem et praepositum Scepusiensem a. 1460. *Inc.* „Johannes Stock artium et medicine doctor“. *Expl.* „rebellio requiret.“

g) 78ᵇ—81ª Festa, quae sunt celebranda secundum constitutionem almae ecclesiae Strigoniensis et impedimenta cognationis spiritualis et legalis.

h) 82ª — 108ᵇ Constitutiones et statuta synodalia almae ecclesiae Strigoniensis, edita per archiepiscopum **Demetrium** (1381—1386). *Inc.* „Sicut doctor summus et egregius“. *Expl.* „sedem apostolicam dispensari.“

i) 109ª—144ᵇ Modus praedicandi. *Inc.* „Jesus Christus totius“. *Expl.* „sit deus benedictus amen.“

k) 145ª — 168ᵇ Variae notae et notitiae super quaestiones theologicas et dogmaticas. Inter haec fol. 168ª litterae **Pauli Hunth** artium ac decretorum doctoris, datae „ex Rivulo Dominarum *(Nagybánya)* ante Urbani anno 1479“ de contrahentibus sponsalia.

l) 169ª — 181ª **Bonaventurae** cardinalis liber de doctrinis clericorum. *Inc.* „Omnis creatura deo“. *Expl.* „Expliciunt *etc.* sub anno domini 1469. in Leutschaw per Johannem Gerhardi de Aranyas scripte, feria IIII. quatuor temporum Penthecosten finite, anno eciam

quo idem Johannes novam missam in dei nomine decantavit.“ (181^{b} vacat.)

m) 182^{a} — 184^{b} Excerpta ex tractatulo **S. Bernhardi** agens de eo, quomodo se sacerdos habeat, ante, infra et post officium divinum. (Initium deest.) *Expl.* „Sit laus deo. 1469. per Johannem Gerardi novellum presbyterum.“

n) 185^{a}—187^{b} Epistola **S. Hieronymi** ad Paulinum presbyterum. *Inc.* „Obsecro te Pauline“. *Expl.* „laus vero bonorum sit.“

o) 188^{a} Notae de canonibus provincialibus. *In fine:* „Hec Thomas lector Canonicus et vicarius in Scepus 1470.“ (188^{b} vacat.)

p) 189^{a}—206^{a} Tractatulus de custodia quinque sensuum. *Inc.* „Quanta mala incurrunt“. *Expl.* „1470. per Johannem Roznaw. editus et Gerardum scriptus.“

q) 206^{b}—210^{a} Variae notae de adulteriis (per **Roznawiensem**), de fornicatione presbyteri (per magistrum **Valentinum**), de quadragesima etc.

r) 210^{b}—211^{b} Vacant.

s) 212^{a}—218^{a} Tractatus de luxuria quam detestanda sit. *Inc.* „Miror de clericis cuius“. *Expl.* „nos emigrare iubeat.“ (218^{b}—219^{b} vacant.)

t) 220^{a}—248^{b} et 262^{a} Excerpta ex tractatu super omnis utriusque sexus. *Inc.* „Omnis utriusque etc“. . *Expl.* „Ex lectura domini H. de Odendorf iuris utriusque et arcium professoris super C. omnis utriusque sexus de pe et ne 1470.“

u) 249^{a}—255^{b} Excerpta ex Sacramentali Nicolai de Blonia. *Inc.* „Penitenciam agite“. *Expl.* „hec sunt excerpta ex Sacramentali venerabilis doctoris Nicolai de Blonia, ubi plura invenies que causa brevitatis omisi 1470.“

v) 256[ab] Dubium, utrum omnis tactus mulieris alienae sit mortale peccatum.

w) 257[a]—261[b] Brevia excerpta ex Summa Innocentii. *Inc.* „Nota ut dicit Innocentius“. *Expl.* „hec ex summa Innocencii collecta ad presens sufficiant 1470.“ (262[a]—263[b] Vacant.)

x) 264[a]—267[b] Variae notae de utilitate psalmorum, de ira, de confessione etc., inter haec etiam medicinales: „hora intrandi balneum“. „medicamen pro podagra.“ (268[a]—271[a] vacant.) *In fine:* „hys raptim conscriptis contentorum modo quia occupatus alys plura nunc scribere nequeo. Anno 1470 Leutschouie sabbato ante palmarum. hamar Jambor ember.“ Sequitur excerptum breve super omnis utriusque sexus.

y) 271[b] Tabula numerorum aureorum ab anno 1464. usque ad an. 1483. (272[a]—275[a] vacant.)

z) 275[b]—292[a] Notae ex Hugone de S. Victore excerpta, legenda ad dominicas et festa annualia, multis vocabulis germanicis textui insertis. (292[b] vacat.)

aa) 293[a]—355[b] Postilla ad evangelia. *Inc.* „A patribus gemitum“. *Expl.* „se nec adoret ait.“

bb) 356[a] — 389[a] Tractatus de peccatis. *Inc.* „Letare filia Syon“. *Expl.* „Finitum Sabbato ante Margarethe anno LXII° per Io. Gerhardi de Araniasch pro tunc scolasticum in Quintofforo. Laus deo Jesu meo. 1462“. Sequitur parabola de patientia. (390[a]—391[b] vacant.)

cc) 392[a]—400[a] Tractatulus de regimine pestilentiae. *Inc.* „In honorem sancte trinitatis“. *Expl.* „Scriptus in Leutschaw feria V in festo divisionis apostolorum per Johannem Gerardi hospitalensem qui venerat de predicatura Igloviensi apud honorabilem fratrem suum perdulcem comorans. 1473.“

dd) 40[b]—4002[b] Variae notae de pestilentia et preces a manu saec. XVI. scriptae.

In teguminibus leguntur de provenientia codicis: „Liber domini Johannis plebani Gilnitczensis 1507. obiit. Nunc vero d. Cristofori in Leubitcz plebani, (et ab alia manu scriptum:) pro nunc autem Thome de monte Georgii 1515. in capitulo Scepusiensi.“ (Idem legitur de Thoma de m. Georgii a. 1516 et 1517.) Anno 1628 codex collegii Tyrnaviensis erat soc. Jesu. — Codicem satis accurate descripsit *Joh. Csontosi* in „Magyar Könyv-Szemle“ 1879. p. 69—83.

74.

Cod. chart. saec. XV. 4°. 232.

a) 1[a] — 8[b], 13[ab] Calendarium generale, et tabulae litterarum dominicalium.

b) 9[a]—11[b] Confirmatio **Lodomerii** archiepiscopi Strigoniensis a. 1293. super libertate ordinis fratrum et praelatorum praemonstratensium. (Sequuntur notae historicae de annis 1464—1473.)

c) 12[ab] Genealogia domini nostri Iesu Christi.

d) 14[a]—232[b] (Finis deest.) Breviarium. *Inc.* „Beatus vir qui non abiit“. *Expl.* „terruerunt cor nostrum (?).“

75.

Cod. chart. saec. XV. binis columnis exaratus. fol. 474.

a) 1[a] Index codicis mutilus.

b) 2[a]—91[a] **S. Thomae** theoria theologicae veritatis (Inc. cum titulis capitum.). *Inc. textus:* „Veritatis theoloyce sublimitas“. *Expl.* „recipiet sine fine amen.“

c) 91[b] Vacat.

d) 92ᵃ—96ᵃ Determinatio quaedam de vigore indulgentiarum. *Inc.* „Notandum de indulgentiis, unde indulgencia sic“. *Expl.* „senciendum est de indulgencÿs.“

e) 96ᵇ—97ᵇ Vacant.

f) 98ᵃ—222ᵃ **S. Thomae** quotlibetum (in fine cum registro). *Inc.* „Quesitum est de deo“. *Expl.* „vel alio modo.“ In fine text. fol. 217ᵇ: „Et sic est finis huius quodlibeti per me E. L. anno domini 1470.“

g) 222ᵇ—223ᵃ Vacant.

h) 223ᵇ—285ᵃ Homiliae XL. **S. Gregorii** papae (init. registr.). *Inc.* „In basilica sanctorum processi“. *Expl.* „in unitate spiritus sancti deus.“

i) 285ᵃ—289ᵃ Homilia secunda **Origenis** super illo evangelio: „In principio erat verbum.“ *Inc.* „Vox spiritualis.“ *Expl.* „et spiritu sancto amen.“

k) 289ᵃ—294ᵇ Homilia **B. Hieronymi** super evangelio: „Scitis quia post biduum pascha.“ *Inc.* „Erubescant qui putant“. *Expl.* „omni gloria videbitis.“

l) 294ᵇ—298ᵃ Homilia **B. Gregorii** papae de publicanis. *Inc.* „Hestiorum tempus“. *Expl.* „eorum nolite facere.“

m) 298ᵃ—299ᵇ Homilia **S. Johannis Chrysostomi** super evangelio: „Super cathedram Moysi.“ *Inc.* „Postquam dominus inpios sacerdos“. *Expl.* „et loco priori.“

n) 299ᵇ—301ᵇ Sermo de s. Johanne Baptista. *Inc.* „Heu quid agam“. *Expl.* „et virtus in secula seculorum amen.“

o) 301ᵇ—315ᵃ Sermo de passione domini. *Inc.* „Carissimi Cristus passus est“. *Expl.* „regnat in secula seculorum amen.“

p) 315ᵃ—320ᵃ Alius sermo de passione domini. *Inc.* „Amen, amen dico vobis“. *Expl.* „filius et spiritus sanctus amen.“ (320ᵇ vacat.)

q) 321ᵃ — 373ᵃ **Antonii Rampigollis** alphabetum utile pro sermone, alias aurea biblia. *Inc.* „Absti-

nencia est meriti". *Expl.* „cristianos actuum XIII. et sic est finis 1472."

r) 373[b]—380[b], 403[ab] Octo Homiliae (I, III—IX, secundam vide fol. 285[a]—289[a]) **Origenis.** *Inc.* „(I)n illo tempore". *Expl.* „in secula seculorum. Expliciunt Omelie beati Gregorii pape et Origenis presbiteri sub anno domini milessimo quadringentesimo septuagesimo septimo in die Mercurii ante festum nativitatis sancti Iohannis Baptiste etc."

s) 381[a]—402[b] **Anshelmi Cantuariensis** archiepiscopi libri duo, cur deus homo. *Inc.* „Opus subditum propter quosdam". *Expl.* „est benedictus in secula amen."

t) 404[ab] Vacant.

u) 405[a]—413[b] **S. Isidori** episcopi liber differentiarum. *Inc.* „Inter deum et dominum". *Expl.* „humilitatis. Laus deo. Explicit liber differenciarum de subditis anno domini 1471°."

v) 414[a] — 449[b] Speculum humane salvacionis cum prooemio. *Inc.* „Incipit prohemium cuiusdam nove". *Expl.* „in perpetuum benedictus amen etc."

w) 450[a]—451[b] Fragmentum cuiusdam homiliae. *Inc.* „Talis enim decebat ut esse". *Expl.* „merito celis alcior sanis est."

z) 452[a]—462[a] Extractus e summa magistri **Wilhelmi.** *Inc.* „Ad honorem gloriose". *Expl.* „fides meos iam Christi etc. Hec omnia scripta sunt de summa magistri Wilhelmi Parisiensis cancellarii anno domini LXVII. in die sancte Gerdrudis etc. et sic est finis." (462[b] Vacat.)

x) 463[a]—472[a] **Innocentii tertii** tractatus de contemptu mundi seu de vilitate humanae conditionis. *Inc.* „Domino patri karissimo". *Expl.* „proditores. Explicit tractatus Innocencÿ tercÿ de contemptu huius mundi completus sexta feria ante Letare anno LXVII°."

γ) 472[a]—473[b] Epistola de correctione haereticorum nec non Wikleffistarum. *Inc.* „Deficiunt in prelatis omnes“. *Expl.* „domino nostro amen. Anno domini 1467. explicit epistola etc.“ (474[ab] vacant.)

Fol. 1[a] legitur haec nota a manu saec. XV. scripta: „Volumen domini Johannis de Keszmargkt plebani in Menhartzdorff, in quo continentur isti libri:“ (sequitur index codicis.)

76.

Cod. chart. saec. XV. binis columnis exaratus. fol. 20.

a) 1[a] — 18[b] Libellus **Avicennae** de viribus cordis, translatus ab Arnoldo de villa nova Barchinone. *Inc.* „Tractatus primus de origine spiritus et generibus eius“. *Expl.* „opusculum terminandi etc. Expletus est libellus de viribus cordis, quem princeps Avicenna edidit. Scriptus Ratispone anno 1483. die XIII. mensis Julii etc.“

b) 19[a]—20[b] Vacant.

77.

Cod. chart. saec. XV. binis columnis exaratus. fol. 157.

a) 1[a] Vacat.

b) 1[b] Radices lunae secundum medium motum ab a. 1485. ad a. 1507. et ab alia manu scriptae ab a. 1508. usque ad a. 1525.

c) 2[a]—69[b] Quattuor evangelia cum prologo **B. Hieronymi.** (Sequuntur quaedam notae de legendis evangeliis.)

d) 70[a]—75[b] Calendarium generale, continens menses Ian.—Dec. cum regulis ad usum necessariis.

e) 76ᵃ—157ᵇ **Nicolai Kemph** tractatus de peccatis caritati contrariis. *Inc.* „Capitulum prodest bonis“. *Expl.* „in secula seculorum benedictus amen.“

Sequitur haec nota ab alia manu recentiori scripta: „Hunc devotissimum et utilissimum tractatum fecit venerabilis pater dominus Nicolaus Kempf ordinis Carth., qui fuit multis annis prior in Germanico et in aliis domibus, nec non magnus zelator ordinis, cuius animam vestris caritatibus affectuosissime recommendo, et obiit in VIª presentacionis b. Marie, Anno domini MCCCCLXXXXIX.“ (Apud *Iöcher* Gel. Lex. legitur 1497.)

In tegumine priori leguntur radices lunae in annis 1483. et 1484; et sequens nota a manu saec. XV. scripta: „Hic liber est monasterii beati Iohannis Baptiste de Lapide refugii ordinis Carthusiens.“

78.

Cod. chart. saec. XV. 4°. 195.

a) 1ᵃ Interpretatio vocabuli „monachus“.

b) 1ᵇ—5ᵇ Sermo de sancto Silvestro vel de novo sacerdote. *Inc.* „Ecce sacerdos magnus“. *Expl.* „Quanta ergo.“ (Desunt folia tria.)

c) 6ᵃ—10ᵃ Sermo de beata virgine Maria. *Inc.* „Vita pulcra es amica mea, et macula non est in te“. *Expl.* „in futuro in secula seculorum amen.“

d) 10ᵃ—14ᵃ Sermo de sanctificatione, illuminatione et caritate beatae virginis in festo nativitatis seu aliis temporibus opportunis. *Inc.* „In sole posuit tabernaculum suum“. *Expl.* „et gloria in futuro in secula seculorum amen.“

e) 14ᵃ—18ᵃ Sermo de beata virgine, qualiter comparatur ad stellam etc. *Inc.* „Quasi stella matutina in medio nebule“. *Expl.* „gloriam consequentur in secula seculorum amen deo gracias.“

f) 18ᵃ—24ᵃ Magistri **Michaelis Mediolanensis** sermo de nativitate virginis gloriosae. *Inc.* „Orietur stella ex

Iacob". *Expl.* „Rogemus ergo dominum amen." (24[b] vacat.)

g) 25[a]—29[a] Sermo in festo purificationis virginis gloriosae. *Inc.* „Postquam inpleti sunt dies purgacionis". *Expl.* „nos perducat Iesus filius virginis. Deo gracias."

h) 29[a]—34[a] Sermo de annunciatione beatae virginis. *Inc.* „Missus est angelus Gabriel a deo in civitate Gallilee". *Expl.* „in gloriam coronari amen."

i) 34[a]—45[a] Sermones duo de assumptione Mariae virginis. *Inc.* „Que est ista quoque ascendit". *Expl.* „nos perducat filius eius amen."

k) 45[a]— 53[a] Postilla de virgine Maria. *Inc.* „Exurgens Maria abiit". *Expl.* „Quod nobis precare dignetur Jesus fructus ventris benedictus amen. Sermo finit 1487."

l) 53[a]—63[b] Sermones de sanctis apostolis Petro et Paulo. *Inc.* „Fecit deus duo". *Expl.* „nos perducat rex regum et dominus dominancium Iesus Cristus Marie filius amen." (Evulsa sunt folia quinque.) In folio 57[a] legitur: „que nobis concedat frater noster Iesus Christus anno (14)87."

m) 63[b] Fragmentum sermonis de sancto Iohanne Baptista. *Inc.* „Quis putas". *Expl.* „vox turturis au.."

n) 64[a]—68[b] Fragmentum orationis de sancto quodam, qui cum aquila comparatur. *Inc.* „invitabilitate". *Expl.* „fine vivit et regnat amen."

o) 68[b]—70[b] Fragmentum sermonis de sancto Stephano protomartyro. *Inc.* „Positis autem". *Expl.* „confusione contempta atque." (Evulsa sunt folia undecima.)

p) 71[a]—72[a] Fragmentum sermonis. *Inc.* „tuas in". *Expl.* „ut refert beatus Augustus. Sanctus Laurencius fuit virgo mente et corpore, et imo valde dilectus adeo fuisse legibus, sicut in ipsius passione potest, quoque breviter transcursurus in hunc modum, si opus fuerit Laurecius Ispanico genere a cunabulis cristianus Rome

nutritus et in omni lege divina eruditus Diaconus Cardinalis et Cardinalium Archidiaconus atque discipulus b. Sixti pape etc. in valle virginis benedicte."

q) 72ª—76ᵇ Sermo de sancto Augustino. *Inc.* „Quasi stella in medio". *Expl.* „totus sermo amen."

r) 77ª—79ᵇ Fragmentum sermonis de Sancto Mattheo. *Inc.* „Vidit Iesus hominem sedentem". *Expl.* „eo quoque erant indigni . . ." (Evulsa sunt folia quatuordecim.)

s) 80ᵃᵇ Fragmentum sermonis de sancto Benedicto. *Inc.* „poterat ex omnibus". *Expl.* „sanctorum anime. In valle Marie in octava Epiphanie dni (14)88."

t) 80ᵇ—82ª Sermo de Sancta Elisabet. *Inc.* „Ex quo hoc sancta mater eclesia agit festum sancte Elizabet vidue, que fuit filia illustris regis Ungarie Andree". *Expl.* „Jesus Cristus dominus noster, cui est honor et gloria in secula seculorum amen."

u) 82ª—88ª Sermo de innocentibus. *Inc.* „Angelus domini". *Expl.* „qui vivit et regnat infra octavam sancti Pauli heremite 1488."

v) 88ª — 90ᵇ Fragmentum sermonis de conversione sancti Pauli. *Inc.* „Saule Saule, quod me persequeris". *Expl.* „excelsi. Sequitur." (Desunt folia decem.)

w) 91ª Fragmentum cuiusdam sermonis. *Inc.* „pueri alliciendo". *Expl.* „nos perducat deus in secula etc. amen."

x) 91ª — 94ᵇ Fragmentum sermonis primi de novo sacerdote. *Inc.* „Uas electionis est noster iste". *Expl.* „hic vero tociens concipit."

y) 95ª — 96ᵇ Fragmentum cuiusdam sermonis de sacerdote. *Inc.* „in sacerdotibus et clericis". *Expl.* „nos perducat summus sacerdos Jesus Christus amen."

z) 96ᵇ—98ᵇ Fragmentum secundi sermonis de novo sacerdote. *Inc.* „Hodie incipiam te". *Expl.* „non timuistis detrahere." (Desunt folia septemdecim.)

aa) 99[ab] Fragmentum cuiusdam sermonis ab alia manu scripti. *Inc.* „cepisset et infra“. *Expl.* „pater et filius et spiritus sanctus amen.“

bb) 100[a]—104[b] Sermo de animabus. *Inc.* „Miseremini mei miseremini“. *Expl.* „suauiter requiescere.“

cc) 105[a]—115[b] Postillae tres. *Inc.* „Quin audieritis prelia et sediciones, nolite terreri“. *Expl.* „lapidibus reedificabimus.“ (Desunt folia viginti tria.)

dd) 116[a] — 118[a] Fragmentum cuiusdam sermonis. *Inc.* „tunc claudit se ille flos“. *Expl.* „macula per infinita secula amen.“

ee) 118[a] — 121[b] Sermo ab alia manu scriptus de Sancta Katherina. *Inc.* „(A)mauit eam rex“. *Expl.* „cui laus est in secula.“

ff) 122[a]—125[a] Sermo de Maria virgine. *Inc.* „Viderunt eam filie Syon“. *Expl.* „in negocia supplicem et efficacem etc.“

gg) 125[b]—126[b] De nativitate virginis. *Inc.* „Plantaverat dominus paradisum“. *Expl.* „natura non conversacioni.“ (Desunt folia duo.)

hh) 127[a]—132[b] Sermo primus de dedicatione templi. *Inc.* „Quam terribilis est locus iste“. *Expl.* „per infinita secula seculorum. In valle virginis gloriose anno (14)88, quarta feria ante purificacionis.“

ii) 133[a]—138[b] Sermo secundus de dedicatione templi. *Inc.* „Zachee festinans descende“. *Expl.* „per secula seculorum amen. In valle beate virginis 1465.“

kk) 139[a]—140[b] Thema in dedicatione templi. *Inc.* „Hodie huic domui“. *Expl.* „Aue Maria etc.“

ll) 141[a]—146[b] Sermo de oratione domini. *Inc.* „Sic orabitis, pater noster qui es in celis“. *Expl.* „pater et filius et s. s. amen.“

mm) 147[a]—170[b] Tractatus de eodem. *Inc.* „Sincere vestre devocionis“. *Expl.* „data est sibi panem . . .“

nn) 171[ab] Fragmentum sermonis in diebus rogationum. *Inc.* „Orate“. *Expl.* „adeo exaudiantur.“

oo) 172[ab] Sermo de circumcisione. *Inc.* „Nondum quam Christus non tenebatur“. *Expl.* „et expertum. Hic magister Hugo de Prato etc. doctor Parusiensis.“

pp) 173[a]—177[a] Sermo de missione domini. *Inc.* „Ego sum panis viuus“. *Expl.* „vivificat mortuos.“

qq) 177[b]—179[a] Sermo in illud Symeonis. *Inc.* „Ecce positus est in signum“. *Expl.* „ne videat gloriam dei etc.“

rr) 179[b] Epigrammata **Gregorii, Augustini, Isidori, Bernhardi, Hieronymi, Anshelmi, Ignatii.** *Inc.* „Quum blanda vox“. *Expl.* „gracia plena etc.“

ss) 180[ab] Fragmentum sermonis de nativitate domini. *Inc.* „Non quia omnis“. *Expl.* „homo etc.“

tt) 181[a]—184[b] Decreta evangelica. *Inc.* „Quoniam isto sacro tempore pascali“. *Expl.* „incorporari non possunt.“

uu) 185[a]—187[a] Epigrammata sub pictura scripta. *Inc.* „Arion si delphina“. *Expl.* „virgo non gignaret.“ In fine legitur: „Hanc materiam versluice sub pictura fecit scribere magister Blasius canonicus ecclesiarum Quinqueecclesiensis et Strigoniensis, ac archidiaconus Gwmeriensis anno domini MCCCC56, protunc eciam illustris princeps dominus Ladislaus rex filius Alberti regis intravit Hungariam et fuit constitutus Bude sabbato ante dominicam Esto mihi. Tunc eciam fuit captus per magnificum Michaelem de Zilagh capitaneum Nandor-Albensem excellentissimus et omni laude dignus Georgius Rascie despotus.“

vv) 187[b]—194[b] Fragmentum sermonis de captivitate Christi. *Inc.* „Egressus Iesus“. *Expl.* „doloris quam gladius Symeonis.“

ww) 195[b] Quaedam notae tenoris ascetici.

In tegumine priori legitur: „Hunc libellum scripsit frater Johannes de Posonio in valle virginis gloriose prope eandem civitatem et aliquas collecturas addidit, que sunt scripta per fratrem Nicolaum predicatorem Dewthunorem anno domini M°.CCCC°.88°.“

79.

Cod. chart. saec. XV. inde a fol. 12 binis columnis exaratus. 4° I. et 233.

a) I[ab] Variae notae tenoris ascetici. Inter haec sequens nota: „Anno domini M° CCCC° XXXXIII° ipso die feria quarta infra octavas ascensionis domini, quando fui in Cazmiria ad corpus Christi, factus est terre motus magnus et testitudo ad sanctam Katherinam cecidit in templo.“

b) 1[a]—221[b] Postilla epistolarum dominicalium. *Inc.* „In nomine domini nostri“. *Expl.* „benedictus per s. s. amen“ (209[b]—210[b] vacant.)

c) 221[b]—233[b] (finis deest) Legenda de sancta Katherina. *Inc.* „In historia Romanorum legitur“. *Expl.* „migravit ad Christum XXIII“.

In tegumine priori legitur: „Carthusiensibus in Lechnicz legatus a magistro Wenceslao altarista in Cra. anno domini 1489.“ (Sequitur tenor codicis.) In tegumine posteriori autem fragmentum quarundam erogationum saec. XIV. adglutinatum est. In codice multae notae marginales polonicae extant.

80.

Cod. chart. saec. XV. binis columnis exaratus. fol. 416.

a) 1[a] — 416[b] (init. deest) Sermones dominicales et festivales et ab alia manu scripti sermones de corpore Christi (fol. 155[a]—164[b]). *Inc.* . . „non dominabitur, sed vivet“. *Expl.* „anime nostre rogemus Christum.“

81.

Cod. chart. saec. XV. fol. 260.

a) 1ª—227ᵇ Decisiones rotae apostolicae (Primum fol. deest.). *Inc.* „Item utrum a iudice“. *Expl.* „Expliciunt decisiones rotae.“

b) 228ª — 231ª Regulae servandae in cancellaria datae per **Johannem** papam XXII. *Inc.* „Infrascriptae sunt regule“. *Expl.* „et valorem beneficiorum.“

c) 231ª — 232ª Regulae servandae in cancellaria datae per **Benedictum** papam VII. *Inc.* „Item ordinavit dominus noster“. *Expl.* „Gregorio quod fiat idem.“

d) 232ªᵇ Regulae servandae in cancellaria datae per **Clementem** papam VI. *Inc.* „Ordinavit idem dominus“. *Expl.* „constaret de prioritate temporis.“

e) 232ᵇ — 233ª Regulae servandae in cancellaria datae per **Innocentium** papam VI. *Inc.* „Ordinavit idem“. *Expl.* „concedatur reservatis.“

f) 233ª — 238ᵇ Regulae servandae in cancellaria datae per **Urbanum** papam V. *Inc.* „Ordinavit idem“. *Expl.* „facta est haec additio.“

g) 238ᵇ — 244ᵇ Regulae servandae in cancellaria datae per **Gregorium** XI. *Inc.* „Item dominus noster Greg.“. *Expl.* „ulterius nullatenus audiatur.“

h) 244ᵇ—248ª Regulae servandae in cancellaria datae per **Urbanum** papam VI. *Inc.* „Item in primis dominus“. *Expl.* „Sicilie et terre citra.“

i) 248ª — 260ª Regulae servandae in cancellaria datae per **Bonifacium** papam IX et modernum. *Inc.* „Dominus noster Bonifacius“. *Expl.* „datam quarto nonas Januarii.“

k) 260ᵇ Regulae domini **Innocentii** papae VII. *Inc.* „Item dominus noster“. *Expl.* „dicti domini pape.“

82.

Cod. chart. saec. XV. fol. 81.

a) 1^a — 77^b Vocabularium latino-germanicum. *Inc.* „Abba hebraice, pater latine“. *Expl.* „Des walde got et cetera.“

b) 77^b—80^b Supplementum ad vocabularium.

c) 80^b — 81^b et in tegumine variae notae de chronologia Romanorum, de ventis, de medicamentis, de erogationibus etc. (germanice et latine).

Fol. 1^a legitur a manu saec. XVI scriptum: „Ad Lechnicz.“

83.

Cod. chart. saec. XV. fol. 291.

a) 1^{ab} Vacant.

b) 2^a—111^a Collecta epistolarum dominicalium magistri Pauli rectoris scholae Cracov. *Inc.* „Gloza scilicet tempus gratie“. *Expl.* „Expliciunt collecta epistolarum dominicalium magistri Pauli rectoris scole Cracoviensis in castro. Scripta vero per me Iohannem de Ilkusz et sunt finita in die sancte Marie Egyptiace vel in octava annunciacionis Marie sub anno domini M°CCCC°XXXII°.“ (13^b et 111^b Vacant.)

c) 112^b—291^a Sermones super evangelia dominicalia. *Inc.* „(Q)uia secundum Augustinum“. *Expl.* „non expectavit temptacionem pensent.“

Fol. 1^a legitur haec nota: „Lliber maystri Nicolai de Elkus sacrorum canonum doctoris olim cantoris in ecclesia collegiata ad Sanctum fflorianum extra muros Cracovie et plebani in Elkus, donatus per executores testamenti eiusdem pro fratribus Carthusiensibus in Lechnycza. Oretur pro eo. 1447.“ (1487?)

84.

Cod. chart. saec. XV. fol. 228.

a) 1[a]—227[b] Sermones dominicales (Initio 38 folia desunt.) a manibus pluribus scripti. *Inc.* „. . . num . . . Amen“. *Expl.* „solus ad ymmolandum.“

b) 228[ab] Vacant.

Codex olim monasterii Lechniczensis Carthusianorum.

85.

Cod. chart. saec. XV. fol. 331.

a) 1[a]—331[b] Sermones in singulis sanctis. *Inc.* „Sermo primus de s. Andrea“. *Expl.* „Et hoc est finis huius operis etc. Deo gratias.“

86.

Cod. chart. saec. XV. fol. 213.

a) 1[ab] Vacant.

b) 2[b]—29[b] Index rerum in codice contentarum.

c) 30[a]—213[a] Theologia moralis in IV libros divisa. *Inc.* „Quoniam in paucioribus via“. *Expl.* „Ihesus Christus dei filius amen.“

Fol. 213[a] legitur haec nota: „Iste liber est comparatus per Henricum de Radow archidiaconum Sand. et Wladar. Crac. protunc anno domini M° CCCC° XXX. septimo, IIII. die mensis Novembris. Manu propria subscripcio est facta.“

Codex olim monasterii Lechnitzensis Carthus., postea Elefantensis Paulinorum.

87.

Cod. chart. saec. XV. fol. 201.

a) 1[a]—14[b] Tractatulus de nonnullis morbis et medicamentis contra eos.

b) 15[ab] Vacant.

c) 16[a] — 201[b] **Antonii Gainier** tractatus de febribus. *Inc.* „(F)ebris est calor“. *Expl.* „Explicit tractatus de febribus magistri Anthonii de Gaÿneriis arcium et medicine doctorem *(sic)* illustrissimum Papiensem. Per me Stanislaum Jacobi de Coszmÿn est liber finitus feria tercia proxima post festum sancte Zophie anno incarnacionis domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo. Datum in medica Sluchaÿancz Ptaschka Slowika. — Dominus Predborius de Conÿeczpole castellanus Sandomirensis et capitaneus Premisliensis hunc librum in curia sua tradidit ad Rogrossandum. Valeat in Christo amen.“ (Sequuntur quaedam notae erogationales.)

88.

Cod. chart. saec. XV. fol. 381.

a) 1[ab] Vacant. (Leguntur quaedam notae de provenientia codicis de a. 1544.)

b) 2[a]—380[b] Omnium doctorum Christianorum sententiae seu expositiones super Lucam et Marcum. *Inc.* „Beatus Lucas fuit discipulus“. *Expl.* „sermonum et operum gloria amen.“

c) 381[ab] Vacant.

Codex olim alumnatus episcopatus Agriensis soc. Jesu, postea collegii Pazmaniani.

89.

Cod. membr. saec. XV. fol. 97. cum init.

a) 1[a]—97[b] Missale romanum. *Inc.* „...Dominica prima in adventu domini“. *Expl.* „Beati inmaculati. Oratio . . .“ (In initio et in fine aliquot folia desunt.)

90.

Cod. chart. saec. XV. binis columnis exaratus. fol. 190.

a) 1^{ab} Regula bonae et honestae vitae data per **B. Benedictum.**

b) 2^{a}—56^{a} Glossa in psalmos Davidis. *Inc.* „Beatus vir qui non“. *Expl.* „peregrinamur a domino et sic est finis huius glose laus deo omnipotentis.“ (Sequuntur notae de hac glossa.)

c) 56^{a}—60^{b} et 176^{b}—178^{a} Tractatus de conversione ad religionem. *Inc.* „Nota quod noviter“. *Expl.* „per penitentiam reformetur.“

d) 61^{a}—173^{a} Magistri **Thomae de Ybernia** manipulus florum. *Inc.* „Abiit in agrum et collegit“. *Expl.* „d. humilitas b. parentes o.“ (Sequitur index rerum.)

e) 173^{b}—175^{a} Tractatus de septem vitiis. *Inc.* „Magnitudo huius peccati“. *Expl.* „comedes omnibus diebus.“

f) 175^{b}—176^{a}, 178^{b} Vacant. (de fol. 176^{b} — 178^{a} v. superius.)

g) 179^{a}—190^{a} **S. Thomae de Aquino** tractatus super praecepta decalogi. *Inc.* „Tria sunt necessaria“. *Expl.* „rogemus ergo deum etc.“

h) 190^{b} Notae de beatitudine vitae.

In teguminibus fragmenta codicis membr. saec. XIV. adglutinata sunt, praeter haec leguntur hae notae: „Dominus Nicolaus Czipser altarista ecclesie beate virginis in Cracovia legavit librum presentem venerabilibus patribus dominis Carthusiensibus in Lechnicz, qui obiit in vigilia corporis Christi alias in die sancti Erasmi tercia mensis Junii anno domini M.CCCC.XXX. nono.“ Inferius: „Item supra librum sentenciarum concessi IIII. flor. in auro et XX. lat. gross. quem librum habet dominus Mathias de Libenwerde confrater noster.“

91.

Cod. chart. saec. XV. fol. 155.

a) 1ª—57ᵇ **Isaaci (ben Salomo)** liber diaetarum universalium. *Inc.* „(Q)ue necessitas fuerit antiquis“. *Expl.* „mollibus vero post etc.“ Subscriptio est: „Expliciunt diete universales Ysaac. VI. Julii anno domini 1483. in urbe Ratn.“ (Ratisbonae?)

b) 58ª—61ª Vacant.

c) 61ᵇ—102ᵇ **Isaaci** liber diaetarum particularium. *Inc.* „Complevimus in libro primo“. *Expl.* „et lapidem in vesica creat.“

d) 103ª—109ᵇ Vacant.

e) 110ª—116ᵇ Liber definitionum et descriptionum **Isaaci Amaran.** *Inc.* „Collectis ex dictis phisicorum“. *Expl.* „inter descriptionem et diffinicionem.“

f) 117ª—135ᵇ **Isaaci** liber elementorum. *Inc.* „Philesophus diffinit in“. *Expl.* „ab elementareitate proculdubio.“

g) 136ª—155ᵇ Vacant.

Codex olim Zachariae Mosóczy protonotarii apostolici et comitis palatini 1565. ex bibl. Christ. Orzagh. Anno 1708. collegii soc. Iesu Posonii.

92.

Cod. chart. saec. XV. fol. 356.

a) 1ª Index codicis.

b) 2ª — 6ᵇ Epistola **B. Augustini** ad Probam. *Inc.* „Augustinus episcopus servus“. *Expl.* „ad Probam viduam amen.“

c) 7ᵇ—15ª **Augustini** liber de vita christiana. *Inc.* „Ego Augustinus primus peccator“. *Expl.* „conferimus absentes deo gratias.“

d) 15ª — 17ª **Augustinus** de contemptu mundi ad clericos. *Inc.* „Audite fratres carissimi“. *Expl.* „secula seculorum amen. Deo gratias.“

e) 17ᵇ—19ª **Augustinus** de speculo animae. *Inc.* „O veritas lumen cordis“. *Expl.* „ad gloriam amen deo gratias.“

f) 19ª — 40ª **Augustini** liber soliloquiorum. *Inc.* „Cognoscam te domine“. *Expl.* „et spiritui sancto amen.“

g) 40ª—41ª Sermo **S. Augustini** de adventu domini. *Inc.* „Propicia divinitate fratres“. *Expl.* „secula seculorum amen.“

h) 41ª—44ª Sermo **S. Augustini** de adventu et nativitate domini cum quaestionibus contra Iudaeos. *Inc.* „Legimus secundum Moysen“. *Expl.* „querere debeatis deo gratias.“

i) 44ª—51ª **Augustini** liber ad matrem. *Inc.* „Tue non immemor“. *Expl.* „veniam potuit promereri.“

k) 51ª—55ᵇ **B. Bernhardi** liber de conscientia. *Inc.* „Domus hec in qua habitamus“. *Expl.* „suas retinens se.“

l) 55ᵇ—57ᵇ Confessiones **B. Anselmi.** *Inc.* „Terret me tota vita“. *Expl.* „et in eternum.“

m) 58ª—61ᵇ Vacant.

n) 62ª — 130ᵇ Tractatus „in sacris ac sacrificativis exercitacionibus, que et quanta sit dignitas vel precellentia“. *Inc.* „Potius oracionis ex multis“. *Expl.* „secula seculorum amen.“

o) 131ª—148ᵇ Tractatus de regno coelesti. *Inc.* Memorare novissima tua et“. *Expl.* „in secula seculorum amen.“

p) 149ᵃᵇ Fragmenta nonnullarum precum.

q) 150ª — 261ᵇ Constitutiones et novae constitutiones ordinis Chartusianorum. *Inc.* „Tenor tocius divini officii“. *Expl.* „per infinita s. s. amen.“

r) 262[a] — 344[b] Opus catholicon seu nomenclator (continens litteras A—G) *Inc.* „Abiit in agrum Boam“. *Expl.* „cautiores reddunt. Ibidem.“

s) 345[a]—356[a] Fragmentum tractatus de deo, de sacramentis *etc. Inc.* „Quod deus sumus et incommutabilis“. *Expl.* „sua terrorum impulsu atque . . .“

In fol. 1[a] legitur post indicem codicis: „Liber Iohannis Pnyowsky decretorum doctoris archidiaconi Cracoviensis legatus per eum testamentaliter pro fratribus Carthusiensibus anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto.“

93.

Cod. chart. saec. XV. binis columnis exaratus. fol. 233.

a) 1[a]—233[b] (Finis deest.) **Nicolai Wigandi** decani ecclesiae Premislensis sermones seu postillae dominicales. *Inc.* „[Rev]erendo in [Christo] patri“. *Expl.* „despiciendo et celesti a me“.

In fol. ante textum et in tegumine legitur compluries a manu saec. XV. scriptum: „Iste liber est domus vallis s. Anthonii in Lechnitz.“

94.

Cod. chart. saec. XV. fol. 474. cum miniat.

a) 1[a]—239[b] **Nicolai de Lyra** (Lyrensis) postillae perpetuae seu maiores in quatuor evangelia. (Initium deest.) *Inc.* „. . . inveneris hoc similiter“. *Expl.* „Explicit postilla super evangelium secundum Iohannem edita a ffratre Nicolao de Lira ordinis fratrum minorum.“

b) 239[b]—240[b] Vacant.

c) 241[a]—474[b] (Finis deest.) **Nicolai de Lyra** postillae in epistolas apostolorum, in actus apostolorum et lib-

rum Apocalipsis. *Inc.* „Ecce descripsi etiam tibi“. *Expl.* „fuit instructus a b. Silvestro.“

Codex olim alumnatus Agriensis episcopatus sub cura soc. Iesu.

95.

Cod. chart. saec. XV. binis columnis exaratus. fol. max. 259.

a) 1ª—259ª (Init. deest.) **Alexandri de Nevo** Commentum in IV lib. Decretalium. *Inc.* „. . . matrimonium que glo. in“. *Expl.* „qui est benedictus in sec. sec. amen.“

96.

Cod. chart. saec. XV. binis columnis exaratus. fol. 407.

a) 1ª—386ᵇ Secunda pars operis de vita Christi. *Inc.* „Prima pars huius libri“. *Expl.* „amen dicamus ut cum Christo maneamus.“

b) 387ª—402ª Tabula notabilium secundae partis vitae Christi.

c) 402ᵇ—407ᵇ Vacant.

Ad codicem duo folia codicis saec. XV. membr. adglutinata sunt, in quibus fragmentum tractatus „de percussoribus“ etc. legitur.

97.

Cod. chart. saec. XV. fol. 12.

a) 1ª—12ᵇ Fragmentum lectionum moralium cum responsoriis. *Inc.* „Qui ex deo est, verba dei audit. Joh. VIII“. *Expl.* „in ignem eternum, et sic est finis.“

98.

Cod. chart. saec. XV. binis columnis exaratus. fol. 235.

a) 1[a]—235[b] Sermones dominicales et super evangelia. *Inc.* „Predicate ewangelium omni creature“. *Expl.* „amen amen amen ismegh amen meghis amen.“ *(Cum interpretatione hungarica.)*

In teguminibus leguntur quaedam notae de utilitatibus secundum **Bernhardum** etc. et fragmentum documenti cuiusdam notarialis adglutinatum est.

99.

Cod. chart. saec. XV. 8°. fol. 172.

a) 1[a] — 40[b] **Albii Tibulli** elegiarum libri tres. *Inc.* „(D)ivicias alius fulvo sibi“. *Expl.* „rumor acerbe tace.“

b) 41[a] Epitaphium **Tibulli.** *Inc.* „(T)e quoque Virgilio“. *Expl.* „regia bella pede.“

c) 41[a] **Ovidii** de Albio Tibullo epigrammata tria. *Inc.* „Si tamen e nobis“. *Expl.* „culte Tibulle tui.“

d) 41[a] Distichon ignoti auctoris:

„(R)exerat in Turchos tua me Lodouice furentes
Dextera, graiorum sanguinis ultor ero,
Corruet imperium Machmeti, et inclita rursus
Francorum uirtus te petet alta duce.“

e) 41[ab] **Atimeti pamphiliti** cesaris aug. anterocianus „sibi et claudie homonoe coliberte et contubernali“ conditum epitaphium. *Inc.* „Tu qui secura“. *Expl.* „Id ibi victuro proroget ulterius.“

f) 42[a]—54[b] **A. Persii** Satyrae septem. *Inc.* (H)ec fonte labra“. *Expl.* „Explicit ignotus per totum Persius orbem,
Attamen vulgatus docta per ora virum.“

g) 54ª—59ª **Sapphus** ad Phaonem epistola anepigrapha Ovidio auctore. *Inc.* „(N)unquid ubi aspecta“. *Expl.* „fata petantur aque.“

h) 59ª — 60ª **Ausonii** idyll. XIV. anepigrapha. *Inc.* „(V)er erat et blando“. *Expl.* „sic properare tuum.“

i) 60ª — 62ª Pseudo-**Vergilii** Moretum anepigraphum. *Inc.* „Iam nox“. *Expl.* „inmittit aratrum.“ (62ᵇ—64ᵇ vacant.)

k) 65ª—80ᵇ Panphilus. *Inc.* „Dicitur autem Panphilus“. *Expl.* „este mei memores. Finis huius operis.“

l) 81ª—89ᵇ Facetus. *Inc.* „(M)oribus et vita“. *Expl.* „volvitur ipsa rota. Explicit Facetus.“

m) 90ª — 120ª **Aeneae Sylvii** Historia de duobus amantibus Euryalo et Lucretia. *Inc.* „Magnifico et generoso militi domino Caspari Sligk dno Novicastri cesareo cancellario“. *Expl.* „Vale, ex Wyenna V-to nonas Iulias Anno dni. Milleᵐᵒ quadringentesimo quarto.“ *In fine legitur:* „Hec Gÿarphas in Manthua tempore diete, quam indixerat Sanctissimus d. n. Pius papa secundus fieri contra Turcos, qui prefatam epistolam dum adhuc fuerat consiliarius Friderici imperatoris ediderat, vocabaturque protunc Eneas Siluinus Anno dni Mᶜ CCCCᶜ Sexagesimo et epistola prescripta sunt de duobus amantibus, Rogaveratque eundem Eneam Siluium poetam quidem consanguineos (!) suus Senensis nomine Marianus ut ei faceret epistolam de duobus amantibus, Qui fecit modo prescripto Iesus Christus.“ (120ᵇ—121ᵇ vacant.)

n) 122ª—172ᵇ Liber Kalilae et Dimnae alias Directorium humanae vitae anepigraphus. *Inc.* „Husrois Persarum, qui dicitur Misarananus filius“. *Expl.* „et dimisit cum quiete vivere. Et sic est finis huius operis. Laudetur deus et pia mater eius Amen.“

100.

Cod. chart. saec. XV. 4°. 265.

a) 1ª—238ᵇ Quattuor evangelia cum glossis et interpretationibus. *Inc.* „Matheus ex Iuda sicut in ordine“. *Expl.* „scribendi sunt libros.“

b) 239ª—265ᵇ Jacobi Petri Iohannis et Iudae septem epistolae cum prooemio. In quo sunt glossae interlineares et notae marginales. *Inc.* „Jacobus Petrus“. *Expl.* „et nunc et in omnia secula seculorum amen.“

In tegumine posteriori leguntur interpretationes polonicae vocabulorum latinorum.

101.

Cod. chart. saec. XV. 4°. 155.

a) 1ª—155ᵇ Statuta antiqua et nova ordinis Carthusianorum (Praecedit index totius codicis.). *Inc.* „Primum capitulum hanc habet“. *Expl.* „interdicat etiam observata.“

In tegumine habentur quaedam notae de cantandis in missis *etc.* — Inter fol. 47 et 48 octo folia evulsa fuerunt.

102.

Cod. chart. saec. XV. 4°. 199.

a) 1ª—199ᵇ Sermones et quidem dominicales de variis sanctis, alii lingua latina et maximam partem germanica conscripti. *Inc.* „Sicud reputatur una gutta“. *Expl.* „vor meyne mve.“ (Sequuntur index voluminis et aliae notae.)

Codex olim probabiliter monasterii Lechnitzensis.

103.

Cod. chart. saec. XV. 4°. 201.

a) 1ª—199ª Constitutiones et consuetudines antiquae, novae et privatae ordinis Carthusianorum. *Inc.* „Tenor tocius officii divini“. *Expl.* „sufficiat susceptarum et sic est finis.“

b) 199ᵇ—201ᵇ Vacant.

In fol. membr. codici praefixo leguntur notae de humilitate et de adventu.

104.

Cod. chart. saec. XV. 4° 341.

a) 1ª — 5ᵇ Calendarium generale, continens menses Mart.—Dec., in quo calendario etiam festum S. Stephani regis et S. Emerici ducis occurrit. (11ᵇ tabula litterarum dominicalium.)

b) 6ª—341ᵇ Lectiones, hymni, psalmi in singulis feriis anni, inter quos fol. 261ᵇ—262ª de S. Ladislao rege et confessore; fol. 334ª—335ª de S. Stephano, de Emerico duce et de S. Elisabeth hymni. (In fine habentur notae variae de quaestionibus theologicis.)

Fol. 335ᵇ legitur ab alia manu scriptum: „Ego Blasius presbyter recepi gradus diaconatus in anno etc. 149 quarto.“

In tegumine leguntur quaedam notae, inter has hoc nomen: „Benedictus Faber“, inferius: „Item convencionem feci cum nobili viro Stephano Mako in festo Margarethe virginis fl. VIII. festum autem erat feria quarta littera b. 14 nono *(sic)*.“

105.

Cod. chart. saec. XV. 4°. 201.

a) 1ª Preces. *Inc.* „Misereatur tui“. *Expl.* „spiritus sancti amen.“ (1ᵇ vacat.)

b) 2ª—59ª Tractatus de decem praeceptis domini. *Inc.* „Audi Israel precepta domini“. *Expl.* „est unus deus benedictus in secula seculorum amen.“ (Sequitur registrum.) — (59ᵇ vacat.)

c) 60ª—67ᵇ Liber **S. Hieronymi** de divina essentia. *Inc.* „(O)mnipotens deus pater et filius“. *Expl.* „refertur ad opus iusticie.“

d) 67ᵇ—80ª **B. Augustini** liber de agone christiano. *Inc.* „(C)orona victoriae non promittitur“. *Expl.* „mereamur vel mereamus.“ (80ᵇ vacat.)

e) 81ª — 188ᵇ Expositio psalterii interlinialis brevis et utilis. *Inc.* „Beatus vir Christus“. *Expl.* „peregrinamur a domino amen.“

f) 189ª — 197ª Tractatus de mundi falsitate. *Inc.* „Circa quam notandum“. *Expl.* „laudant liberatorem suum. Exo. 14.“

g) 197ᵇ — 201ᵇ Variae notae de verbo „monachus“, de s. Johanne Baptistae, de duodecim lapidibus preciosis, tunc aliquot foliis amissis fragmentum de septem vitiis.

106.

Cod. membr. et chart. ab initio mutilus, saec. XV. 4°. 112.

a) 1ª—112ᵇ Rituale, continens orationes, preces, lectiones in missis et aliis functionibus. *Inc.* „.. eis cum sanctis tuis“. *Expl.* „creaturam salis et aque amen.“

107.

Cod. chart. saec. XV. 4°. 67.

a) 1ª—67ᵇ Repertorium sive tabula generalis autoritatum Aristotelis et philosophorum. Cum commento

per modum alphabeti. *Inc.* „Ab hoc quidem ente dependet“. *Expl.* „illuminatio non potest fieri . . . .“ Primum folium et titulus operis deest.

108.

Cod. chart. saec. XV. binis columnis exaratus. 4°. 339.

a) 1ª—4ª (Folia valde manca sunt.) Speculum peccatorum. *Inc.* „Legisti iam“. *Expl.* „aeternam vitam possideas amen etc.“

b) 4ᵇ Vacat.

c) 5ª—126ᵇ **Innocentii quarti** summa de poenitentia cum indice rerum in fine. *Inc.* „Cum miseraciones domini“. *Expl.* „scandali cc. 47.“ In fol. 124ª legitur: „Expliciunt summa Innocencii quarti de penitentia finita per Johannem Pfaffen de Zeypisch proxima f(eria) VI. post purificacionem Marie virginis gloriose ante carnisprivium, anno millesimo CCCC. vicesimo nono etc.“

d) 126ᵇ—139ª **Augustini** liber ad matrem. *Inc.* „Ammonicio de laude“. *Expl.* „honor et potestas in s. s. amen. Explicit Augustinus.“

e) 139ª—143ᵇ **Bernhardi** liber de vita et moribus adolescentium. *Inc.* „Hortatur quidam“. *Expl.* „sibi diripiunt. Explicit tractatus beati Bernhardi de vita et moribus adolescentium finitus XXIX.“

f) 143ᵇ—149ᵇ Tractatus consolatorius de misericordia dei. *Inc.* „Ante omnia scire“. *Expl.* „ad senilem etatem. Explicit tractatus de misericordia dei bonus, finitus sabbato quo cantatur, Intret in ecclesia dei decanus, anno XXIX°. per manus. Anno *(sic).*“

g) 149ᵇ—152ᵇ **Isidori** liber de norma vivendi (in codice inscriptus: „Prudentius synomorum“). *Inc.* „Age fili ut oportet“. *Expl.* „quod accepisti despicias.“

h) 153ª—188ª Statuta provincialia (anni 1420) dioecesis Gnesnensis. *Inc.* „In nomine sancte“. *Expl.* „legittime congregatis. Expliciunt statuta provincialia anno XXIXº. per manus Johannis presbiteri de Zeypisch.“

i) 188ª—198ª **Adalberti** episcopi Cracoviensis constitutiones in synodo Cracoviensi a. 1420 editae. *Inc.* „In nomine domini“. *Expl.* „sicut videbitur convertat. Expliciunt constituciones reverendi in Christo patris et domini domini Adalberti divina providencia episcopi Cracoviensis sub anno domini millesimo CCCCº vicesimo nono in sacra synodo Cracovie edite anno vicesimo. Et sunt finite per manus *(sic)* proxima feria secunda post Iudica, hora quasi meridiei.“

k) 198ª—231ª **Francisci Reyswicz** de Brega opus de decem praeceptis. *Inc.* „Primum preceptum“. *Expl.* „nobis paterne (?). Et sunt finita per Johannem sexta feria in parasceve hora quasi prima anno ut supra (?) Et sunt edita per venerabilem virum magistrum Franciscum Reyswicz de Brega doctorem nec non sacre theologie professorem.“

l) 231ᵇ—232ᵇ Vacant.

m) 233ª — 255ª Epistola **B. Eusebii** ad Damasum. *Inc.* „Patri reverendissimo“. *Expl.* „adipisci amen. Explicit epistola beati Eusebii ad Damasium episcopum Portuensem ac Theodonium senatorem de morte gloriosissimi Ieromini, finita sexta feria proxima ante Thome apostoli, anno domini millesimo CCCCºXXXIII. in dote plebani ad sanctam Mariam Cracovie.“

n) 255ª — 259ª Epistola **S. Augustini** ad Cyrillum Hierosolymitanum episcopum. *Inc.* „Gloriosissimi christiane fidei. *Expl.* „defraudare defidis. Explicit epistola Augustini ad Cirillum Ierosolimitanum de transitu gloriosissimi Ieronimi eximii doctoris, finita quarta feria ipso die Felicis in pincis (?).“

o) 259ᵇ—279ᵇ Epistola **Cyrilli Hierosolymitani** ad s. Augustinum de miraculis s. Ieronimi. *Inc.* „Venerabili viro episcoporum". *Expl.* „orationibus memor esto etc. Explicit epistola Cirilli ierosolimitani ad sanctum Augustinum episcopum Yponensem de miraculis sancti et gloriosissimi Ieronimi etc."

p) 280ᵃ — 281ᵇ Epistola **B. Dionysii** ad Timotheum de morte apostolorum Petri et Pauli. *Inc.* „Saluto te". *Expl.* „separari ab eis."

q) 281ᵇ—284ᵃ Incerti auctoris de factis nefandis et misera morte Udonis scholaris Magdeburgensis circa annum 1095. *Inc.* „Anno domini millesimo". *Expl.* „Qui iudex in secula seculorum sit benedictus."

r) 284ᵃ — 306ᵃ **Bonaventurae** Cardinalis imago humanae vitae. *Inc.* „Flecto genua mea". *Expl.* „in secula seculorum amen. Explicit ymago humane vite Bonaventure cardinalis Romani in dote plebani Crac. ad sanctam Mariam finita in xl *(quadragesima)* quarta feria proxima ante Gregori pape prope XX (fuit XXX) anno domini M° CCCC° XXXIIII."

s) 306ᵃ—330ᵃ Tractatus de linea salutis heremitae. *Inc.* „Quoniam mercate". *Expl.* „ab omnibus iudicentur. Explicit tractatus de linea salutis heremite, finitus sexta feria infra octavas Pasche anno XXXII."

t) 330ᵇ Vacat.

u) 331ᵃ — 339ᵃ Incerti auctoris expositio hymni de decem praeceptis. *Inc.* „... tor dei memento". *Expl.* „Et filio et spiritu sancto. Et sic patet expositio istius ympni de decem preceptis. Si igitur in aliquo sunt defectuosa, ab aliis petitur suppleri quorum interest. Pro quo sit deus benedictus in secula seculorum amen."

109.

Cod. chart. saec. XV. 12°. 387.

a) 1ª—387ᵇ (Reliqua desunt.) Liber orationum, compositus per honorabilem doctorem **Achillem** in Pigavia in Francia domino suo regi ibidem. *Inc.* „O rex iusticie dominator“. *Expl.* „dereliquisti me per hanc angus . . .“

In teguminibus tabulae aere incisae saec. XVI. aut XVII. adglutinatae sunt. — Hunc codicem „Andreas Czemanka, Pannonius Turócz-Trnoviensis Crembnicii MDCCXXIV. e ruderibus famosiss. quondam Bibliothecae Pinnenanae“ comparavit.

110.

Cod. membr. saec. XV. binis columnis exaratus. 12°. I et 166. cum init.

a) Iᵃᵇ Titulus codicis: „Libri Salomonis regis“, et quaedam notae de provenientia eiusdem.

b) 1ª—42ᵇ **Salomonis** regis libri parabolarum cum praefatione s. Hieronymi. *Inc.* „Iungunt epistolam quos“. *Expl.* „in portis opera eius.“

c) 42ᵇ — 58ª **Salomonis** regis liber ecclesiastes cum praefatione s. Hieronymi. *Inc.* „Memini me ferme“. *Expl.* „bonum sive malum sit.“

d) 58ª — 66ª **Salomonis** regis liber canticorum. *Inc.* „Osculetur me“. *Expl.* „super montes aromatum. Explicit liber canticorum beati Ieronimi.“

e) 66ᵇ — 95ª **Salomonis** regis liber sapientiae cum prologo. *Inc.* „Liber sapiencie aput“. *Expl.* „loco assistens eis.“

f) 95ª — 164ª Liber **Iesu** filii Syrach, cum praefatione s. Hieronymi. *Inc.* „Multorum nobis et“. *Expl.* „in tempore suo.“

g) 164[b] Fragmentum orationis ad Iesum. *Inc.* „O bone Jesu“. *Expl.* „perdat me iniquitas.“

h) 165[a] Vacat.

i) 165[b] — 166[a] Hymnus „Stabat mater dolorosa“ (a manu saec. XV. scr.). *Expl.* „paradisi gloria.“

Codex a. 1542—1547. Heinrici Schkorine von Stranoff „der zait haubtman zu Prukh an der Layta.“ Anno 1776. bibliothecae Thallensis.

IV. Codices Latini saec. XVI.

111.

Cod. chart. saec. XVI. 4°. 30.

a) 1ª—28ª Modus dictandi et formulae litterarum. *Inc.* „Circa modum dictandi sciendum est, quod epistola sic describitur“. *Expl.* „valemus agimus gratias. Et sic est finis. Finitum per me Vincencium Budweis in Trzebon in profesto translationis sancti Venczesslai anno domini 1512.“

b) 28ᵇ—29ª Notae de calendis, de nonis, de idibus et de singulis mensis diebus. *Inc.* „Pro fundamentum kalendarum“. *Expl.* „denominacionem.“

c) 29ᵇ Figura ad notitiam nonarum calendarum et iduum. *Inc.* „Ci bri mad“. *Expl.* „quilibet octo.“ — Notae de calendis, nonis et idibus.

d) 29ᵇ—30ª Epigramma in artem dictandi. *Inc.* „Ecce ego dictandi“. *Expl.* „pectore sponte tibi.“

e) 30ª **Wolffgangi Molitoris** ad scholares suos epistola. *Inc.* „Cum sola oris facundia“. *Expl.* „nonas marcias.“

112.

Cod. chart. saec. XVI. 4°. 176.

a) 1[a] Index codicis. (1[b] vacat.)

b) 2[a]—32[b] **Baptistae Mantuani** carmelitae vita sanctae Catherinae virginis. *Inc.* „Miror profecto nec parum“. *Expl.* „Arabiae deportatur ab angelis.“

c) 33[a]—50[b] **Baptistae Mantuani** carmelitae elegia aliaque poëmata ad Falconem protonotarium, cuius beneficio ex omnibus periculis est liberatus. Eiusdemque quaerimonia veritatis de eo, quod mortales eam deserunt. *Inc.* „Debeo, sed cure prohibent“. *Expl.* „luimus sub iudice poenas.“

d) 51[a]—144[b] Liber de vitiis et virtutibus. *Inc.* „Scientia ethica sive monostica“. *Expl.* „malis imponat. Explicit liber de viciis et virtutibus de incude philosophorum, oratorum et poëtarum formatus, scriptus per fratrem Johannem Czypra anno ab incarnati verbi M° quingentesimo septimo.“ (82[b] vacat.)

e) 145[ab] Sermo **b. Augustini** de verbis apostoli: „Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt.“ *Inc.* „(A)ppostolum cum legeretur audistis“. *Expl.* „quare et quia . . .“

f) 146[a]—151[b] **B. Iohannis Chrysostomi** liber de conversione vitae. (Initium deest.) *Inc.* „..non agnoscis vox ergo triumphi“. *Expl.* „ipsi gloria in secula seculorum amen.“ (Manuscriptum saec. XV.)

g) 152[ab] Vacat.

h) 153[a]—156[a] Epistola **Poggii** de condemnatione Hieronymi Bohemi in concilio Constantiensi ad Leonardum Aretinum. *Inc.* „(P)ogius salutem plurimam“. *Expl.* „poenas luit. Vale meque dilige.“

i) 156[a]—160[b] Sermo **Jacobi Laudensis** episcopi in condemnatione Hieronymi Novae Civitatis Pragensis

civis. *Inc.* „(S)upreme trinitatis nomine“. *Expl.* „Dampnatus est a. d. M.CCCC.XVI°. die XXX. mensis Maii.“

k) 160ᵇ—161ᵇ Oratio facta per magistrum **Jacobum Laudensem** episcopum super condemnationem Hieroronymi. *Inc.* „(I)n nomine domini amen“. *Expl.* „conscientia morderetur. Scripta per fratrem Johannem Zyprav (?) in die sancti Viti martyris anno etc. M°. Quingentesimo sexto.“

l) 162ᵃ—176ᵇ Scripta quaedam **Origenis**, quae ad aedificationem et honestatem vitae pertinent. *Inc.* „Obsecro domine non sum“. *Expl.* „debent et timere universi.“ (176ᵃ vacat.)

In tegumine notae bohemicae et receptiones cuiusdam a. 1550. scriptae habentur.

113.

Cod. membr. saec. XVI. fol. 60. cum miniaturis pulcherrimis et insignibus quibusdam. Insignia (fortasse gentis de Tolna) sunt corona aurea liliis et gemmis ornata et a duabus manibus sustentata in campo caeruleo.

a) 1ᵃ—24ᵃ Evangelia in singulis dominicis et festis anni. *Inc.* „In galli cantu“. *Expl.* „facere quod perierat.“ (Fol. 6-o legitur Evangelium „iuxta morem Mellicensem“, fol. 22-o autem evangelium „in festivitate sancti Martini Patroni huius loci.“ Videtur ergo codex olim ad Monasterium S. Martini Montis Pannoniae pertinuisse. Cfr. infra subscriptionem fol. 60ᵇ)

b) 24ᵇ Vacat.

c) 25ᵃ — 55ᵇ Benedictiones episcopales in singulis dominicis et festis. *Inc.* „Omnipotens deus, cuius“. *Expl.* „Quod ipse prestare etc. Finis per manus fratris Pauli nati Thome Forgach de Losonch in die Scolastice virg. anno d. 1516.“

d) 56ª—60ᵇ Forma voti per fratrem Paulum de Gwd nati Thomae chech dioec. Waciensis anno 1515. die 21. Oct. depositi in monasterio S. Martini Montis Pannoniae. *In fine legitur:* „Anno domini MD quintodecimo per manus fratris Pauli professi huius monasterii s. Martini nati Thome Forgach de Losoncz, sub reverendo Matheo abbate dicti monasterii in Tholna nato, est scriptum. Laus deo cum tota celesti curia, secundo die animarum anno sub die sabbati.“

Codicem accurate descripsit Florianus Rómer in „Győri Történelmi és Régészeti Füzetek.“ 1863. Iaurini p. 1—13.

114.

Cod. chart. saec. XVI. 4° I. et 137.

a) Iª[b] Variae notae de provenientia codicis a manibus pluribus scriptae et „Aliud thema regule (**B. Augustini**).“

b) 1ª—97ª Expositio regulae **B. Augustini** episcopi (in 7. capitibus). *Inc.* „Homo erat paterfamilias“. *Expl.* „vincentes coronat amen.“ (Cum notis coaevis hungaricis.)

c) 97ª—99ᵇ Sermo primus de religiosis. *Inc.* „Egredere de terra tua et“. *Expl.* „per suam graciam amen.“

d) 99ᵇ—100ᵇ Sermo secundus de eisdem. *Inc.* „Ecce nos relinquimus omnia“. *Expl.* „si vis ad eterna scribi.“

e) 100ᵇ—101ᵇ Exhortationes quinque patrum visitatorum ante visitationem. *Inc.* „Descendi in ortum mecum“. *Expl.* „celebraturi erimus etc.“

f) 101ᵇ—103ᵇ Sermo primus exhortativus in visitatione patrum vicariorum. *Inc.* „Visitacio tua custodivit“. *Expl.* „non sequetur proverbiorum XIX.“

g) 103^{b}—104^{b} Sermo secundus exhortativus in exordio visitationis. *Inc.* „Vade et vide, si cuncta prospera“. *Expl.* „facinori desinit obviare de LIII.“

h) 104^{b} — 106^{a} Sermo exhortativus pro visitatione. *Inc.* „Visitabo super omnes“. *Expl.* „sanitas non sequetur.“

i) 106^{ab} Exhortationes duo tempore recessus visitationis. *Inc.* „Pacem relinquo vobis“. *Expl.* „memores estote nostri.“

k) 106^{b}—107^{a} Exhortationes diversae. *Inc.* „Omnia honeste et“. *Expl.* „meo scelera eorum etc. dic culpas.“

l) 107^{a}—108^{b} Sermo utilis precedens diem visitationis. *Inc.* „Ad sanandam prodat quicunque“. *Expl.* „tacendo perire permittatis.“

m) 108^{b}—109^{a} Sermo exhortationis de caritate. *Inc.* „Neminem quicunque debeatis“. *Expl.* „donet dominus etc.“

n) 109^{ab} Exhortatio de paupertate. *Inc.* „Nonne deus elegit“. *Expl.* „voluntarie assumptam.“

o) 110^{a} Versiculi duo de duodecim gradibus humilitatis. *Inc.* „Iustorum graduum“. *Expl.* „rerum purgacio.“

p) 110^{a}—111^{a} Exhortatio de humilitate. *Inc.* „Qui se exaltat“. *Expl.* „exaltat humiliabitur etc.“

q) 111^{ab} Exhortatio de castitate. *Inc.* „Si ritu ambulate“. *Expl.* „expedit familiaritas.“

r) 111^{b}—112^{b} Exhortatio de oboedientia. *Inc.* „Melior est obediencia“. *Expl.* „deo gracius exhibetur.“

s) 112^{b}—113^{b} Exhortatio de silentio. *Inc.* „Sedet solitarius et tacebit“. *Expl.* „et noverca virtutum.“

t) 113^{b}—114^{a} Sermo exhortativus de perseverantia finali. *Inc.* „Qui perseverarit usque in finem“. *Expl.* „perseverantibus datur.“

u) 114^{a}—115^{a} De detractione sermo exhortativus. *Inc.* „Nec maledici“. *Expl.* „deo odibiles tantum hic.“

v) 115^{ab} Sermo de praesumptione. *Inc.* „Terribilis est in civitate“. *Expl.* „presumptuosus audet.“

w) 115^{b}—116^{b} De nomine monachus. *Inc.* „Monachus greca“. *Expl.* „monachi inveniamur.“

x) 116^{b} — 118^{a} Sermo de religione et religiositate. *Inc.* „Si quis autem putat“. *Expl.* „vos amen.“

y) 118^{ab} De oratione ordinaria. *Inc.* „Tres sunt preces penitencie“. *Expl.* „deus benedictus in secula amen.“

z) 118^{b} — 119^{b} De completorio. *Inc.* „Converte nos deus“. *Expl.* „mala ut remittantur.“

aa) 119^{b} — 120^{a} De secreta oratione et privata. *Inc.* „Tu vero clauso hostio ora“. *Expl.* „administrantes faccionem.“

bb) 120^{ab} De ieiunio. *Inc.* „Carnem vestram donate ieiuniis“. *Expl.* „pretendant maturitatem.“

cc) 120^{b} — 121^{a} De operibus misericordiae. *Inc.* „Estote misericordes“. *Expl.* „gaudium doni tui amen.“

dd) 121^{b} — 122^{b} Secunda pars regulae quaedam brevissimae ac religiosis valde utilis. *Inc.* „Principale studium religiosi“. *Expl.* „deus in secula seculorum amen.“

ee) 122^{b} — 123^{a} Breve compendium regularum **B. Augustini** cum epilogo. *Inc.* „Beatus Augustinus in principio“. *Expl.* „postulet Amen“.

ff) 123^{a} — 124^{a} Regula praelatorum summe necessaria. *Inc.* „Quid faciat“. *Expl.* „per incuriam.“

gg) 124^{ab} De duodecim defectibus claustralibus. *Inc.* „Duodecim sunt“. *Expl.* „svavitatem amittunt.“

hh) 124^{b} Norma veri monachi. *Inc.* „Omnis vir deo“. *Expl.* „Modestus et discretus. Finis hujus.“

ii) 124^{b}—126^{a} Ordo visitationis patrum visitatorum ultra ea, quae in Constitutionibus nostris Rubrica XI. scripta sunt. *Inc.* „Primo et ante omnia“. *Expl.* „sue fideliter observant.“

kk) 126[a]—127[b] Indulta **Innocentii VIII. papae** cum formis absolutionum a. 1408 facta.

ll) 117[ab]—128[a] Solutiones quaestionum in curia Romana per fratres Eremitas sancti Pauli primi Eremitae anno dni 1490 super bullam Sanctissimi Innocentii papae VIII. factarum. *Inc.* „Dubitatur in bulla prefata“. *Expl.* „totius anni.“

mm) 128[a]—139[a] Duae formae absolutionis super novam gratiam et forma indulgentiae et absolutionis. *Inc.* „Misereatur tui“. *Expl.* „spiritus sancti amen.“

nn) 129[a] — 131[b] Notae de confessione, de praeceptis, peccatis mortalibus et quinque sensibus, de septem sacramentis, de octo beatitudinibus, de septem donis spiritus sancti, de virtutibus cardinalibus, de virtutibus theologicis, de casibus papalibus, de casibus episcopalibus etc.

oo) 132[ab] Indulta **Clementis papae septimi** a. 1525.

pp) 132[b] — 133[b] Confirmatio ordinis sancti Pauli primi eremitae et constitutionum hactenus conditarum ac imposterum condendarum a cardinale Strigoniensi **Thoma** a. 1521. facta.

